DE MENSVRIS
LIBRI TRES.

I. De mensuris linearum, quibus interualla metimur.
II. De mensuris capacitatis, quibus tum arida, tum liquida corpora metimur.
III. Miscellanea, in quibus multæ quæstiones tractantur ad rem nummariam pertinentes.

Opus absolutum cum multis tabulis.

AVTHORE

IACOBO CAPELLO.

FRANCOFVRTI
Typis VVolfgangi Richteri, sumptibus viduæ Leuini Hulsii.

Anno M. D C V I I.

23

LECTORI.

S*Vperiore anno, amice Lector, me inscio, & inopinante prodierunt in lucem duo libelli nostri de Ponderibus & Nummis, quos non erat animus emittere, nisi coniunctos cum iis, quos de Mensuris scripseramus, quia hæc inter se connexa sunt, & alterius*

Altera poscit opem res, ac coniurat amicè.

Sed quia res ita contigit, age, nunc saltem fidem liberemus, & institutum opus expleamus. Tu, benigne Lector, siue serum, siue præcocem hunc fructum, & multis partibus adhuc informem partum hilari vultu excipe, Deum orans, vt olim adolescere, & Reip. literariæ inseruire possit. Vale. Sedani, Idibus Ianuariis. cIↃ IↃ C VII.

MENSVRÆ INTERVALLORVM.

I. Granum.
II. Digitus.
III. Pollex.
IV. Palmus.
V. Orthodorum.
VI. Spithama.
VII. Pygon.
VIII. Cubitus.
IX. Greſſus.
X. Brachium.
XI. Vlna.
XII. Paſſus.
XIII. Orguia, Toſia.
XIV. Canna.
XV. Stadalis.
XVI. Decempeda.
XVII. Rhuthen.
XVIII. Pertica.
XIX. Clima
XX. Porca.
XXI. Plethrum.
XXII. Candetum.
XXIII. Actus.
XXIV. Iugerum.
XXV. Morgen.
XXVI. Faneca.
XXVII. Arependum.
XXVIII. Hæredium.
XXIX. Stadium.
XXX. Mil minus.
XXXI. Milliare.
XXXII. Mil maius.
XXXIII. Leu- Gallica.
XXXIV. ca Toletana.
XXXV. Paraſanga.
XXXVI. Schœnus.
XXXVII. Stathmus.
XXXVIII. Gradus.

DE MENSVRIS INTERVALLORVM.

PRÆFATIO.

MENSVRARVM aliæ ſunt, quibus rerum diuerſis locis ſitarum inter ſe diſtantias, aliæ quibus ipſa corpora tum arida, tum liquida metimur. Illæ Interuallorum, hæ cubicæ menſuræ dici poſſunt. Cum autem, ſi non re & tempore, ſaltem ratione & ordine prior ſit linea ſuperficie, ſuperficies corpore; methodi ratio poſtulat, vt prius de iis menſuris agamus, quibus linearum longitudines, aut diſtántias, aut etiam ἐπιπέδων ἐπιφανειῶν amplitudinem metimur, tum ad cubicas corporum ſiue liquidorum, ſiue aridorum menſuras veniamus. Quin &, vt punctum lineæ, linea ſuperficiei, ſuperficies corporis eſt principium: ſic & menſuræ cubicæ à linealibus originem duxerunt. Cum enim, verbi gratia, Romani amphoram, Pariſienſes Semimedimnum, Athenienſes Ceranium, ex ſuo quiſque pede conſtruxerunt, neceſſe eſt prius, conſtitutum habuerint pedis ſui modum, quam ex eo quadrantal conficere potuerint. Neque dubium eſt, quin pleræque nationes in menſuris ſuis definiendis eandem rationem ſecutæ ſint. Quapropter nos aliquando velut à poſteriori argumentantes linealium menſurarum modum à cubicarum amplitudine indagauimus. Sed altera methodus, quæ velut à priori, & à cauſis ad effecta progreditur, diſciplinæ tradendæ eſt conuentior. Et vt in ponderibus & nummis à minimis granis ad libras & talenta progreſſi ſumus, ita & hic à minimis longitudinibus initium ducemus. Sed in ponderibus & nummis explicandis, multorum vrbium tum vetera, tum recentiora pondera, ac nummos referre non piguit. Hic ſufficere nobis viſum eſt, ſi in Gallia Lutetiam, in Italia Romam, in Hiſpania Toletum, in Germania Heidelbergam ſeligeremus, quarum menſuras cubicas, quæ hodie ſunt in vſu, recenſeremus, vt eas inter ſe, & cum veteribus facile quiuis comparare poſſit. Sed antequam ad rem ipſam venio, libet hic de hominum proceritate pauca præfari. Eſt enim pes menſurarum omnium norma. Rurſus cuiuſuis corporis humani συμμέτρου,

pes censeri solet sextans. Omnino igitur id primo loco considerandum occurrit, fuerintne maiorum corpora nostris proceriora, ac proinde pes nostro longior. Et quidem si Poetas audimus, corpora nostra à priscis immane quantum discrepant. Perpetui enim sunt in lugubribus senescentis & defetiscentis æui lamentationibus, siue animi dotes, morum sanctitatem, ingenii acumen, &c. siue corporum amplitudinem & robur consideres. Horatius:

Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Hinc illæ fabulæ de quatuor sæculis, aureo, argenteo, æneo & ferreo, quæ proculdubio confictæ sunt ad imitationem statuæ illius, de qua Nabuchodonosor somniasse se prędicat apud Danielem. Quæcunque enim Prophetarum oracula in Poëtarum manus inciderunt, ea ipsi suis figmentis ita interpolarunt, ac deturparunt, vt vix vlla primigeniæ illius & sacrosanctæ veritatis lineamenta agnoscere liceat. Quin & Oratoribus ipsis nullus est campus, in quo frequentius exspatientur, quam in præteritorum sæculorum admiratione, suorum vero temporum deploratione. Quin & illos ipsos senes, qui, quid ante se gestum sit, nesciunt, (quos Cicero ait semper esse pueros,) hos, inquam; bis pueros senes videas esse laudatores temporis acti se puero, vt eleganter notat Horatius. Et vt de corpore potissimum agam, suam sententiam his verbis exprimit Homerus Iliados ε. de Diomede loquens.

ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδεΐδης μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο ἄνδρε φέροιεν.
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ' ὁ δὲ μιν ῥέα πάλλε ϗ οἶος.

Etsi autem Eustathius notet: εἶναι μῦθον ἀναλληγόρητον μὲν, ϗ εἰς τὸ παντελὲς ἀθεράπευτον, οἰκεῖον δὲ ὅμως περιεργείᾳ ποιητικῇ: tamen frigidum id Virgilio visum est, si duplo tantum proceriores, aut robustiores sui seculi hominibus Heroas illos fingeret. Itaque quum triplo, quadruploue longius à temporibus Troianis abesset, quam Homerus; ideo putauit hyperbolicam illam αὔξησιν sibi quadruplo sextuploue augendam. Sic ergo Æneidos XII. de Ænea loquens:

——*Saxum* (inquit) *circumspicit ingens,*
Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis,
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,

Qualia

Qualia nunc hominum producit corpora tellus,
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem.

Itaque Iuuenal. Satyra XV. Lapides (inquit) corripiunt Tentyritæ.

——Nec hunc lapidem, quali se Turnus & Aiax,
Aut quo Tydides percussit pondere dextram
AEneæ. sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc viuo iam decrescebat Homero,
Terra malos homines nunc educat atque pusillos.

Neque vero Poetæ soli ita senserunt. Plinius lib. VII. cap. XVI. *In universum tamen contrahi sed quasi pro parte...* — *In quim a tu suo cuique dimidiam esse staturæ (vel statuère) mensuram in plenum aucto mortalium generi, minorem indies fieri propemodum obseruatur: rarosq; patribus proceriores, consumente vbertatem seminum exustione, in cuius vices nunc vergat æuum.* Et paulo post: *Iam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium, quam prisca, conqueri.* Itaque Solinus id pro confesso & comperto habens, ita exclamat: *Quis iam æuo isto non minor suis parentibus nascitur?* Quæ quidem omnia eo lubentius produximus, cum agnouimus eadem iam olim in mentem venisse D. Augustino, & Ludouico Viui in cap. IX. lib. XV. de Ciuitate Dei, quo D. Augustinus has Homeri, Virgilii, Pliniique sententias non quasi poëtica figmenta deridet, sed quasi verissimas laudat, & suo suffragio confirmat. Contra operæ pretium est audire, quid magnus ille Iulius magni Iosephi Scaligeri pater scripserit de Samogithiis populis inter Prussiam & Liuoniam sitis. *Hi*, inquit, *procera statura maxima ex parte cum sint, tamen quasi per vices, tum proceros, tum pene nanos generant. Haud absimile ingenium arboribus aliquibus apud nos quædam tertio anno fructum ferunt, quasi materia semel exhausta tanquam succidaneas reponit reliquias natura, tum quod in Nano abiurauerat, dependet in magnitudine insigniorè.* Hæc summus ille Scaliger. Huiusmodi vicissitudinis speciem aliquam, licet non ita manifestam, in cæteris quoq; nationibus à natura obseruari non est à vero alienum. In vniuersum tamen fieri non potest, quin aliquid veri subsit in iis querimoniis, quas velut tacito nationum & seculorum omnium consensu videmus in ore omnium, nempe *——Omnia fatis*

In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Quod si non præceps in exitium natura ruit, certe sensim, & quasi sine sensu in senectutem vergit, & ipso senio quodammodo defetiscit humanum genus. Homines, inquam, non cœlum, non tellus, non bruta vel plantæ. Quanquam eo ipso nomine, quod homines εἰς χεῖρον προκόπτουσιν, etiam ἄλογα, & terrena [illegible] hominis causa creata, hominis quoque causa

cauſa creata hominis quoque culpa τῇ ματαιότητι ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται, ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, quæ diuina Apoſtoli verba non parum ad rem facere videntur. Nam etiamſi eo præcipue ſpectent, quod ſub lunaria omnia ſunt in perpetuo generationis & corruptionis fluxu, καὶ πᾶσα θνητὴ φύσις ἐν μέσῳ γενέσεως καὶ φθορᾶς γενομένη φάσμα παρέχει καὶ δόκησιν ἀμυδρὸν καὶ ἀβέβαιον αὐτῆς, vt copioſe & præclare docet Plutarchus in aureo ſuo libello περὶ τοῦ εἶ τοῦ ἐν Δελφοῖς, tamen etiam hanc ſubſidentis, & collabeſcentis æui caducam & carioſam vetuſtatem ſubinnuere videtur Apoſtolus. Vt ita credam perſuadet res ipſa, quam in manibus habeo. Cum enim aliquot populorum pedes inter ſe compararem, animaduerti, Toletanum pedem breuiorem eſſe Heidelbergico, Heidelbergicum Hetruſco, Hetruſcum vetere Romano, illum Attico, Atticum Gallico, Gallicum Ægyptiaco &c. cuius differentiæ non prodigioſę quidem, ſed manifeſtæ tamen, & non contemnendæ, non alia mihi occurrit ratio potior, quam quod quo antiquior quisque pes eo & longior eſt.

Et Ægyptiacum quidem pedem Attico, Atticum Romano antiquiorem eſſe, non eſt quod miretur quisquam. Gallicum vero Romano vel Attico antiquiorem eſſe, nihil neceſſe eſt. Sufficit, dum eiusdem fere ſit antiquitatis. Olim enim Italis & Græcis Galli proceriores erant. Nunc diſcrimen iſtud non apparet, quia tum Italorum, tum Gallorum plerique à Germanis & Cimbris orti ſunt. In Germania quoque nunc omnia ἀρχαικωτέρων nationum colluuie mixta ſunt, olim non ita. Si Tacito credimus: *Ipſe*, inquit, *eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & ſynceram, & tantum ſui ſimilem gentem extitiſſe arbitrantur. Vnde habitus quoque corporum quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus, truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida.* Si Taciti tempore Germani omnes, certe ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, Italis proceriores erant, qui fit, vt nunc pes, quo vtuntur, breuior ſit eo, quo tum vtebantur Romani? Non video, qui poſſit alia ratio conuenientior aſſignari ea, quam ſtatuimus, nempe quia tum Germanorum corpora proceriora erant, quam nunc ſunt. Et tamen tunc homines non erant multo viuaciores quam hodie. Nam nunc quoque non multo pauciores octuagenarios, aut centenarios homines videmus, quam tunc videbant Romani. Quanto igitur æquius eſt, vt credamus tunc ſaltem vel maxime imminutam corporum humanorum proceritatem & robur, cum imminui cœpit hominis longæuitas. Id vero

Moyſis

Moysis demum & Abrahami, maxime vero inde à Noachi temporibus cœpit. Si ergo pes ille, quo Hebræi Moysis tempore vtebantur, sit ęqualis ei cubito, quo nunc Toletani vtuntur, neque mirum nec ἄτοπον videri debet, si Noachi tempore pes erat æqualis ei cubito, quo Babylonii Moysis tempore, aut etiam aliquanto ante Moysen vtebātur. Cum ergo ex aliquot Scripturæ locis colligamus, fuisse apud Hebræos tres cubitos, quorum maximus minimo sit duplo maior, quid obstat, quo minus credamus, homines Adami & Noachi temporibus, vt decuplo μακροβιωτέρους, ita saltem duplo proceriores fuisse, quam esse cœperint inde à temporibus Moysis? Quemadmodum ergo in scholis vulgo dici solet, *μηδὲν θρυλλούμενον, omni parte falsum esse*: ita non sine ratione dici posse videtur, illa ipsa Poetarum hyperbolica figmenta esse veritatis inuolucra, cuius obscura ad nos vestigia peruenerint. Hæc eo fusius enarrare libuit, tum quia hæc, qualiacunque sunt, adhuc in Democriti puteo latere videntur, neque facile cuiuis persuaderi poterunt, tum quia videmus viros non contemnendos, quibus ridiculum videtur, si quis dicat, homines nunc vel vno pede, aut etiam palmo, breuiores esse, quam olim fuerint, quos in ea sententia fuisse ideo minus miror, quod ita agunt, ac si nullius vnquam pes fuerit longior Romano, aut certe Parisino, quem ipsi putant Attico æqualem esse, ac proinde ab vltima hominum (vt quidem ipsis videtur) memoria repetitū. Nos igitur hæc ea potius mente in medium adduximus, vt hæc vere nobilis quæstio ab eruditis viris luculentius & accuratius pertractetur, quam quod veluti de inuenta veritate gloriemur, & nobis ipsi suffeni simus.

Vt igitur ad rem propius accedamus, primo de iis pedibus nobis agendum est, qui hodie sunt in vsu, tum de iis, quorum in veterum Historiis fit mentio.

Inter hos primum locum obtinebit Parisinus, vtpote omnium, qui hodie in vsu sunt, notissimus. Nam non modo in Gallia tota est vsitatissimus, sed & ab Italis in suis antiquitatum, aut Architecturæ libris pingi solet, quasi etiam in Italia eius sit aliquis vsus. Quin & Georgius Agricola homo Germanus vna cum Romano & Attico pingendum curauit. Sed neque Agricola, neque Hieronymus Ruscellius in suis Italicis in Ptolomæum commentariis, neque Hieronymus Magius in suo Italico de vrbium munitione libro accurate pinxerunt pedem Parisinum. Accurate vero pinxit, idque bis, Iacobus Bossius in suo Italico Rom. antiquitatum libro. Primum igitur pingit nobis palmum maiorem in duodecim digitos distributum, qui plane respondet spithamæ Parisinæ, siue dodranti pedis Parisini. Sed cum nullo Epitheto peculiari palmum illum

insigniat, videtur ita agere, ac si Romæ quoque sit in vsu. Præterea pingit nobis octauam partem Cannæ cuiusdam, quam vocat Cannam mercatorum. Et Vigenerus in Gallico suo, eoque eruditissimo in Liuium Commentario, ait, Cannam Romanam constare palmis octo. At hic quoque Palmus est Parisinus, & hæc Canna est ἑξάπους Parisinus, Tosiam vulgo vocamus. Vt autem facilius reliquos pedes tum inter se, tum etiam cum hoc Parisino comparare possemus, digitum Parisinum in partes decem secuimus.

Idem Bossius pingit nobis dimidiam cuiusdam brachii in quatuor, vt ipse vult, distincti palmos. Hi palmi rursus sunt spithamæ siue dodrantes eius pedis, quem Magius Tuscum vocat. Nos itaque promiscue, vel Hetruscum, vel Italicum nuncupabimus. Is ergo constat centum & duodetriginta decimis digiti Parisini partibus. Itaque vndeseptuaginta pedes Parisini conficiunt Hetruscos octoginta.

Idem Magius pingit pedem Vrbinatem, quem ait etiam Marcæ Anconitanæ, (Picenum prisci vocabant) esse communem. Is recentiorum omnium, quos mihi videre licuit, longissimus est. Hunc Magius ita pingit, vt videatur constare decimis digiti Parisini partibus centum octoginta quinque. Sed quia non omnes pollices satis sibi constant, credo, paulo longiorem esse quam par sit, vt ei tribuantur decimę digiti Parisini partes, non 185. sed centum octoginta. Ita verum fiet, quod ait Cardanus de subtilit. lib. XI. *Adducor*, inquit, *auctoritate scribentium olim de re militari, qui tyronum mediocrem magnitudinem quinque pedum esse statuerūt, vt quarta parte pes antiquus mensura pedis nostri minor sit.* Id autem de nullo alio pede verum esse potest, quam de pede, quo Picenum vtitur; Pes Romanus, vt infra videbimus, constat 144. decimis digiti Parisini partibus. Si ergo Picenus pes sit Romano quadrante maior, profecto Piceno pedi tribuendæ sunt pręcise particulæ 180.

Pedis Heidelbergici figura ad me ab amico Heidelberga missus est, constatque decimis digiti Parisini partibus centum triginta septem. Hetruscus, vt modo dixi, 138. Sedanensis 139. Pedem Toletanum Io. Mariana ait constare vndecim vnciis siue pollicibus pedis Rom. Sed is pes, quē pro Romano pingit, est aliquantulo breuior Hetrusco. Hinc colligo pedem Toletanum constare circiter centum & viginti decimis digiti Parisini partibus. Ita pedis Toletani longitudo cubicis mensuris Toletanis optime conueniet. Eorum vero pedum, qui antiquis in vsu fuerunt, omnium notissimus est pes Romanus. Nam præterquam quod etiamnum hodie Romæ est in vsu, palam prostat insculptus antiquissimis columnis marmoreis, tum in Capitolio, tum in hortis Colotianis, & à mul-

tis

tis circino exceptus, typisque traditus est. Sed non omnes id eadem diligentia præstiterunt. Nam neque Agricola, neque Magius, neque Ruscellius scopum attigerunt. Cum igitur Agricola neque Romani, neque Parisini pedis formam probam penes se haberet, non mirum est, si perperam sibi persuaserit quinque pedes Parisinos conficere sex Atticos. Interim hic error multa alia falsa persuasit Agricolæ. Sed infelicissimus omnium est Io. Mariana in suo de Ponderibus & Mensuris libro. Is enim tres pedis Rom. formas nobis proponit, sed tam negligenter ab ipso, vel à Typographo exaratas, vt nihil certi possis statuere: Hoc vnum colligas licet, nullum ex his tribus vero pedi Rom. conuenire. Ipse putat mediam formam vero propiorem, sed ea est iusto breuior, non modo vetere Romano, sed & nouo, quem Italicum vel Hetruscum vocamus. Vigenerus in Liuium scribens pingit pedem Rom. quem profitetur se excepisse ex Angeli Colotii horto. In huius pedis inferiori parte pollices, in superiori digiti sunt expressi. Et primi quidem tres pollices inferiores quatuor primos superiores digitos æquant. Ambo illi palmi dimidiam partis pedem conficiunt: Intermedia tamen spatia sibi non constant. Sed accuratissime pedem Rom. depinxit Iacob. Bossius Antonii Lafrerii opera vtens. Is primo pedem in 12. pollices & 16. digitos, tum spithamam, vel palmum Rom. in 9. pollices, digitos 12. distributum proponit. Omnia ita sibi constant, vt nihil sit, quod merito desideres. Eadem industria & fide pedem Rom. pinxit Sebastianus Serlius Bononiensis Antiquit. Rom. libro III. pag. 6. 110. & 126. Hi ambo inter se & cum Vigenero (qua sibi constat) ita conueniunt, vt ne latum quidem vnguem alter ab altero discedat. Adde quod hic pes cubicis Rom. mensuris ita congruit, vt nullus supersit dubitationi locus, quin is sit verus veterum Rom. pes. Cognito pede Rom. ignorari non potest Atticus, cum vel pueris sit notum, inter Rom. & Atticum pedem eam esse rationem, quæ inter 24. & 25. vt vnum idemque stadium capiat pedes Atticos sexcentos, Rom. 625. passus Atticos 120. Rom. 125. ita octo stadia, h.e. passus Attici 960. pedes 4800. efficiunt milliare Romanum, h.e. passus Rom. mille, pedum quinque millia. Cum ergo digitum Parisinum in decem particulas diuiserimus, ex his duodecim necessario tribuendæ sunt pollici Rom. pedi itidem Rom. 144. pedi vero Attico 150. Georgius Agricola cum in pede Rom. pingendo lapsus esset, ne Attici quidem veram longitudinem assequi potuit. Hieronymus Magius eum pedem quasi Rom. proponit, qui Attico multo propior sit, vtpote cui conueniant particulæ 152. cum Attico tribuamus 150. siue Magius ex aliqua columna marmorea pedem Atticum excerpsit, quem putaret esse Rom. in quo proxime à vero abfuit,

ſiue reuera pedem Rom. pingere cogitabat, ſed ita pro more negligenter, vt eum particulis octo longiorem faceret, quam par eſſet. Babylonius pes Attici longitudinem triente ſuperabat. Vt id credamus, facit Diodorus Babylonis ambitum deſcribens lib. II. Ἀπολαβοῦσα δὲ, inquit, Σεμίραμις τὸν εὐφράτην ποταμὸν εἰς μέσον περιεβάλετο τεῖχος τῇ πόλει σταδίων τριακοσίων ἑξήκοντα διειλημμένον πύργοις πυκνοῖς καὶ μεγάλοις. Et aliquanto poſt: καὶ προσεισθέασιν ὅτι τῶν ἴσων ἡμερῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν οὐσῶν ἐφιλοτιμήθη τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν σταδίων ὑποστήσασθαι. Quia, inquit, annus Babylonius eſt dierum 360. ideo Semiramis voluit ambitum Babylonis eſſe totidem ſtadiorum. Erat autem vrbs quadrata. Habebat ergo vndiquaque nonagena ſtadia Babylonia, hoc eſt, paſſus Babylonios 10800. pedes Babylonios 54000. Hæc eiuſmodi ſunt, vt in Diodori verbis nulla ſubeſſe poſſit mendi ſuſpitio. Multo vero minus in Herodoti verbis. Is lib. I. Κέεται, inquit, Βαβυλὼν ἐν πεδίῳ μεγάλῳ μέγαθος ἐοῦσα μέτωπον ἕκαστον εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίων ἐούσης τετραγώνου. οὗτοι στάδιοι τῆς περιόδου τῆς πόλεως γίνονται συνάπαντες ὀγδοήκοντα καὶ τετρακόσιοι. Herodotum a. de ſtadiis Atticis loqui, tũ res ipſa loquitur, tum etiam docet Plinius lib. VI. Cap. XXVI. *Chaldaicarum gentium caput diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Meſopotamiæ, Aſſyriaq́; Babylonia appellata eſt, LX M. paſſuum complexa muris.* Omnino igitur neceſſe eſt, vt dicamus, Babylonis ambitum fuiſſe ſtadiorum Babyloniorum quidem 360. paſſuum item Babyloniorum 43200. pedum 216000. Atticorum vero ſtadiorum 480. pedum 288000. Romanorum paſſuum LXM. pedum CCCM. Ita quemadmodum 24. pedes Attici conficiunt Romanos 25. vt cuiuis notum eſt; ita tres Babylonii quatuor Atticos conficient. Cum ergo tribuamus Attico pedi partes 150. Romano 144. Babylonio ducentæ conuenient. Eadem ratione Perſici pedis modum indagare licet. Herodotus: Τάφρος μὲν πρῶτα βαθέα, καὶ εὐρέα καὶ πλέη ὕδατος περιθέει, μετὰ δὲ τεῖχος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος, ὕψος δὲ διηκοσίων, πηχέων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι. Rex ἁπλῶς dictus apud Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Iſocratem &c. Regem Perſarum ſignificat, cubitus ergo regius eſt cubitus Perſicus, cubitus μέτριος eſt cubitus Atticus. Ita cubitus Perſicus Atticum ſuperat tribus pollicibus Perſicis. Hoc ſibi voluit Herodotus. Magis perſpicua res erit, ſi dixeris, quinque pedes cubitosue Perſicos efficere ſex Atticos. Diodorus: τὸ δὲ ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούουσιν, ὥς φησι Κτησίας ὁ Κνίδιος, ὡς δὲ Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν τριακοσίων καὶ ἑξήκοντα πέντε (vox πέντε ſuperflua eſt) καὶ προστιθέασιν ὅτι τῶν ἴσων ἡμερῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν οὐσῶν ἐφιλοτιμήθη τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν σταδίων ὑποστήσασθαι. Hæc perturbate Diodorus. Planus tamen eſt ſen-

ſus.

ſus. Clitarchus dicebat annum Babylonium conſtare diebus 360. dixit totidem pedes altitudini murorum tributos, totidem ſtadia amplitudini vrbis, quod quidem ita demum verum erit, ſi id intelligas de pedib. Atticis, ſtadiis autem Babyloniis. Semiramis longitudini murorum dedit vndique ſtadia nonagena Babylonia, Attica 120. altitudini murorum cubitos Babylonios 180. Perſicos 200. Atticos 240. h. e. pedes Babylonios 270. Perſicos 300. Atticos 360. Cum ergo Cteſias apud Diodorum tribuit murorum τῷ ὕψει πεντήκοντα ὀργυίας, tu Perſicas ὀργυίας intellige. Diodori verba corrupta ſunt, τὰς δὲ πλίνθους εἰς ἄσφαλλον ἐνδησαμένη τεῖχος κατεσκεύασε, τὸ μὲν ὕψος, ὡς μὲν κτησίας φησὶ, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δὲ ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν πηχέων πεντήκοντα, πλεῖον ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον, lege, τὸ δὲ πλάτος, ὡς ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν πηχῶν πεντήκοντα. &c. Murorum Babylonis latitudo erat Babyloniorum cubitorum 45. Perſicorum 50. Atticorum 60.

Syriaci pedis longitudinem vnica tantum coniectura nobis indicauit. Cum enim Ioannes 2. v. 6. legamus, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, Syrus interpres vertit, הרן רבע Teren rebehim. Et quamquam toto cœlo erret Tremellius, cum in eum locum ait, quadrantal eſſe octauam partem cadi, ſiue modii: tamen in eo ſaltem perſpicax fuit vir eruditiſſimus, cum id vertit duo quadrantalia. Si ergo μετρητὴς Atticus ſit quadrantal Syriacum, omnino Syriaco pedi tribuendæ ſunt decimæ partes Pariſini digiti centum ſexaginta ſex. Eadem ratione pes Syriacus modio quoque Syriaco conueniet. Huius pedis in aliquot Italiæ locis etiamnum hodie eſt vſus. Nam Serlius p. 26. 48. & 77. pingit nobis dimidiam pedis (quem neotericum vocat) partem. Ea conſtat partibus 83. ac proinde pes integer partibus 166. Eadem methodo pedis Ægyptiaci longitudinem indagauimus. Plin. lib. VI. cap. 26. *Sexaginta millia paſſuum Babylon complectitur muris ducentos pedes altis, quinquaginta latis, in ſingulos pedes ternis digitis menſura ampliore quam noſtra.* Hæc confuſe Plinius ſolens ſuo more. Muri Babylonii erant quidem lati quinquaginta, alti ducentos ſed cubitos, non pedes. Rurſus pes Babylonius Romanum plus quam tribus pollicibus, quatuor vero digitis Babyloniis ſuperat. Quiſnam ergo erit ille pes, qui proprie, vere, præciſe, Romanum tribus digitis ſuperat? Profecto is Ægyptiacus eſſe videtur, vtpote qui cubicis Ægyptiorum menſuris exquiſitiſſime congruat. Huic ergo conuenient particulæ 171.

Supereſt pes Hebræorum eadem arte nobis inueſtigandus. Cum enim alia ſubſidia nos deficiant, hæc via nobis tentanda eſt, num ſcilic. ex iis, quos hactenus recenſuimus, priſcorum maxime pedibus vnus aliquis

B 3 ſit,

ſit, qui cubicis Hebræorum menſuris quamoptime conuenire poſſit. Et Ægyptiacum quidem ſcimus nullo modo conuenire poſſe. Sed conuenire poteſt Romanus, Atticus, Syriacus, Perſicus & Babylonius, aut omnibus, aut plerisque cubicis Hebręorum menſuris, Coro, inquam, Bato, Sato, &c. Sed neque Babylonio, neque Syriaco, neque Romano pedi conuenire poſſunt ea, quæ de Salomonis æneo mari & decem luteribus dicuntur. Superſunt duo, Perſicus & Atticus, quorum vterque poteſt, licet diuerſa via maris ęnei, & decem λουτήρων amplitudini accommodari. Sed Perſicum potius quam Atticum elegimus. Primum, quia cum pes Hebræorum ſit omnium vel antiquiſſimus, vel antiquiſſimis proximus, rationi quoque conuenit, vt ſit omnium vel longiſſimus, vel longiſſimis quam proximus. Deinde cum Arabibus Hin ſit idem quod Gręcis χοῦς, Latinis congius, hoc eſt, menſura cubica ex ſemipede confecta, omnino conſentaneum videtur, vt dicamus Hinem Hebræorum ex Hebræorum ſemipede cubico conſtare, quemadmodum congius Rom. ex ſemipede Rom. χοῦς Atticus ex ſemipede Attico confectus eſt. Hoc autem ita demum verum erit, ſi pes Hebræorum idem ſit cum Perſico. Poſtremo dubitationis omnem ſcrupulum eximit canon ſationis Hebræorum, de quo infra fuſius vltimo libro. Huic tum Hebraico, tum Perſico pedi aut præciſe, aut quam proxime reſpondet is, quo etiamnum hodie Picenum vtitur, vtpote cui conueniant decimæ digiti Pariſini partes centum octoginta, vt ſupra diximus. Athenienſes igitur ab Hebræis aut Phœnicibus non pedem, ſed cubitum mutuati ſunt. Cum enim Hebręis ſit triplex cubitus, Athenienſes minimum elegerunt, ex quo triente detracto pedem formarunt. Ita inter Atticum & Hebraicum pedem eadem eſt ratio, quæ inter Hebræorum πῆχυν & πυγόνα, ſiue inter medianum & minimum Hebræorum cubitum, quam rationem Arithmetici vocant ſeſquiquintam, hoc eſt, qualis eſt inter quinque & ſex.

Cum autem ex aliquot Scripturæ locis colligatur tertius quidam cubitus minimo duplo maior, videtur hinc quoque colligi poſſe duplicem Hebræis fuiſſe pedem. Minor diſtinctionis ergo ciuilis vocari poteſt. Maior ſacer ſiue primarius. Hinc quadruplex oritur cubitus, nempe duplex πυγὼν, & duplex πῆχυς. Pes ciuilis habebit decimas digiti Pariſini partes centum & octoginta. Pes ſacer trecentos. πυγὼν ciuilis partes 225. ſacer 375. πῆχυς ciuilis 270. ſacer ſiue primarius 450. Ex his quatuor cubitis vnus eſt πυγὼν ſacer, cuius nulla, quod ſciam, in ſcriptura extent veſtigia. Ita minimus omnium pedum, quos nouimus, nempe Toletanus, eſt partium 120. maximus nempe primarius Hebræorum pes partium trecentarum. Ratio vnius ad alterum eſt dupla ſeſquialtera, qualis

inter duo & quinque, hoc est, duo primarii Hebræorum pedes capiunt Toletanos 5. Pedes primarii 137. Heidelbergicos trecentos. Pedes primarii 23. Hetruscos quinquaginta.

Pedes primarii 12. Romanos 25.

Pes primarius vnus, Atticos duos.

Pedes primarii octo Parisinos 15.

Pedes primarii 83. Syriacos 150.

Pedes primarii 171. Ægyptiacos trecentos.

Pedes primarii tres Persicos, Hebraicos, aut Vrbinates quinque.

Pedes primarii duo Babylonios tres.

Babylonii nouem, Hebraicos, Persicosue decem.

Babylonii 171. Ægyptiacos trecentos.

Babylonii 83. Syriacos 150.

Babylonii quatuor, Parisinos quinque.

Babylonii tres, Atticos quatuor.

Babylonii 18. Romanos 25.

Babylonii 69. Hetruscos centum.

Babylonii tres, Toletanos quinque.

Ægyptiaci 166. Syriacos 171.

Ægyptiaci 160. Parisinos 171.

Ægyptiaci quinquaginta, Atticos 57.

Ægyptiaci sexdecim, Romanos vndeuiginti.

Ægyptiaci 46. Hetruscos 57.

Ægyptiaci 137. Heidelbergicos 171.

Ægyptiaci quadraginta, Toletanos 57.

Parisini quindecim, Atticos sexdecim.

Parisini nouem, Romanos decem.

Parisini 69. Hetruscos octoginta.

Parisini 137. Heidelbergicos 160.

Parisini tres, Toletanos quatuor.

Attici 24. Romanos 25.

Attici 23. Hetruscos 25.

Attici 137. Heidelbergicos 150.

Attici quatuor, Toletanos quinque.

Romani 23. Hetruscos 24.

Romani 137. Heidelbergicos 144.

Romani quinque, Toletanos sex.

Atque hæc ita demum vera erunt, quamdiu de lineali (vt ita dicam) pede quæstio erit. At si quadratos, cubicosue pedes inter se comparare

tare velis, plane alia ratio erit ineunda. Verbi gratia, tres Babylonii pedes lineales efficiunt Atticos quatuor, vt & Parisini tres Toletanos quatuor. At Babylonii quadrati nouem efficient Atticos quadratos, non duodecim (quod prima fronte quis credat) sed sexdecim Babylonii cubici 27. Atticos non 36. sed 64. Vt ergo hac quoque in parte iunioribus adiumento sim, non pigebit diagramma subiicere, ex quo comparationes istas petere possis. Ita enim substernetur via ad comparandas inter se varias populorum mensuras, tum quadratas, tum cubicas. Sed prius soluendus est mihi nodus, quem nectit Tẽporarius. Is in sua Chronologia contendit Atticum pedem eundem esse cum Gallico siue Parisino. Falsum id esse ex antecedentibus, satis constat. Caussa erroris patet ex opere ipsius M.S. de Ponderibus & Mensuris, cuius aliquot horas mihi copia facta est. Ait, se ex pede Parisino quadrantal confecisse, quod aqua plenum pendebat vncias Parisinas 1102. Quadrantal vero quod confici iussi, pendebat vncias aquę 1133. h. e. vncias circiter triginta plus quam quadrantal Temporarii. Ita meus congius pendet circiter vncias aquæ Parisinas $141\frac{1}{2}$. Congius Temporarii $137\frac{3}{4}$. Congius vero Atticus vncias aquę Romanas 135. Præcipuus ergo Temporarii error est, quod putat, vncias Rom. esse Parisinis æquales.

PES.

PES.	Pollices. Romani.	Pollicum Romanorum. Sextantes.	Vnciæ.
Toletanus.	10	60	120
Heidelbergicus.	$11\frac{5}{12}$	$68\frac{1}{2}$	137
Hetrufcus.	$11\frac{1}{2}$	69	138
Sedanenfis.	$11\frac{7}{12}$	$69\frac{1}{2}$	139
Romanus.	12	72	144
Atticus.	$12\frac{1}{2}$	75	150
Parifinus.	$13\frac{1}{3}$	80	160
Syriacus.	$13\frac{5}{6}$	83	166
Ægyptiacus.	$14\frac{1}{4}$	$85\frac{1}{2}$	171
Hebraicus.	15	90	180
Babylonius.	$16\frac{2}{3}$	100	200
Primarius.	25	150	300

PEDES

	Simplices.	Quadrati.	Cubici.
Toletanus.	120	14400	1728000
Heidelbergicus.	137	18769	2571353
Hetruſcus.	138	19044	2628072
Sedanenſis.	139	19321	2685619
Romanus.	144	20736	2985984
Atticus.	150	22500	3375000
Pariſinus.	160	25600	4096000
Syriacus.	166	27556	4574296
Ægyptiacus.	171	29241	5000211
Hebraicus.	180	32400	5832000
Babylonius.	200	40000	8000000
Primarius.	300	90000	27000000

PE-

PEDES

	Simplices.	Quadrati.	Cubici.
Romanus	12	144	1728
Primarius.	25	625	15625
Romanus	18	324	5832
Babylonius	25	625	15625
Romanus	4	16	64
Hebraicus	5	25	125
Romanus	16	256	4096
Ægyptiacus	19	361	6859
Romanus	72	5184	373248
Syriacus	83	6889	571787
Romanus	9	81	729
Parisinus	10	100	1000
Romanus	24	576	13824
Atticus.	25	625	15625
Sedanensis	139	19321	2685619
Romanus.	144	20736	2985984
Hetruscus	23	529	12167
Romanus	24	576	13824
Heidelbergicus	137	18769	2571353
Romanus	144	20736	2985894
Toletanus	5	25	125
Romanus	6	36	216

PEDES

	Simplices.	Quadrati.	Cubici.
Atticus.	1	1	1
Primarius.	2	4	8
Atticus	3	9	27
Babylonius	4	16	64
Atticus	5	25	125
Hebraicus	6	36	216
Atticus	50	2500	125000
Ægyptiacus	57	3249	185193
Atticus	75	5625	421875
Syriacus	83	6889	571787
Atticus	15	225	3375
Parisinus	16	256	4096
Sedanensis	139	19321	2685619
Atticus	150	22500	3375000
Hetruscus	23	529	12167
Atticus	25	625	15625
Heidelbergicus	137	18769	2571353
Atticus	150	22500	3375000
Toletanus	4	16	64
Atticus	5	25	125

PE-

PEDES

	Simplices.	Quadrati.	Cubici.
Parisinus	8	64	512
Primarius.	15	225	3375
Parisinus	4	16	64
Babylonius	5	25	125
Parisinus	8	64	512
Hebraicus	9	81	729
Parisinus	160	25600	4096000
Ægyptiacus	171	29241	5000211
Parisinus	80	6400	512000
Syriacus	83	6889	571787
Parisinus	160	25600	4096000
Sedanensis	139	19321	2685619
Parisinus	80	6400	512000
Hetruscus	69	4761	328509
Heidelbergicus	137	18769	2571353
Parisinus	160	25600	4096000
Toletanus	3	9	27
Parisinus.	4	16	64

DEFINITIONES.

I.

GRanum eſt veluti primum ac minimum elementum, in quod vltimo ſubdiuiduntur menſurarum ac linearum ſectiones. Nam punctum, σημεῖον, οὗ μέρος οὐθὲν, non eſt quantitas, ſed quantitatis principium. Erit igitur granum cuiusuis digiti quarta pars. Ita quantum Atticus digitus à Romano vel Pariſino differt, tantum & granum Atticum à Romano vel Pariſino. Sed ita, vt differentia ſit λόγῳ potius θεωρητὸς, quam ἔργῳ αἰσθητός. Sed occurrunt etiam his minutiores portiunculæ. Nam Henricus II. & Carolus IX. pollicem Pariſinum in duodecim vncias (quas ipſi lineas vocant) diuidunt. Eademque ratione nos quoque pollicem Rom. in duodecim vncias ſecuimus.

II.

Digitus δάκτυλος אצבע Etsbah eſt pedis decima ſexta pars, puta digitus Romanus Romani pedis, digitus Pariſinus pedis Pariſini. &c.

III.

Pollex ὁ ἀντίχειρ, ὁ μικρὸς δάκτυλος, Hebr. בהן Bohen eſt pedis pars duodecima, pollices tres, quatuor digitos conficiunt.

IV.

Palmus minor, δοχμὴ, δακτυλοδόχμη, Hebr. טיפח Tophach, eſt pedis quarta pars, conſtans digitis 4. pollicibus tribus. Dicitur autem Græcis & παλαιστὴ, σπιθαμὴ, δῶρον. Pollux: Δοχμὴ, συγκλεισθέντες οἱ τέσσαρες δάκτυλοι, καὶ δακτυλοδόχμη. τὸ δ' αὐτὸ καὶ παλαιστὶς θηλυκῶς, καὶ παλαιστὴς ἀρσενικῶς· καὶ δῶρον, ὅθεν, κέρα ἑκκαιδεκάδωρα, τοὺς ἑκκαίδεκα παλαιστάς. Heſychius: Δοχμὴ, παλαιστὴ, σπιθαμή. Idem: δῶρον, παλαιστῆς μέτρον. Et: δῶρον, παλαιστὴ ἔνιοι τετραδάκτυλον, καὶ τὸ συνηθὲς ἡμῖν, ἑκκαιδεκάδωρα, ἑκκαίδεκα παλαιστῶν. Vitruuius lib. 2. cap. 3. *Ex his vnum pentadorum, alterum tetradorum dicitur. Doron autem Græci appellant palmum, quod munerum datio Græce δῶρον appellatur, id autem ſemper geritur per manus palmum.* Philander legit, *eaq; munerum datio* &c.

V.

Ὀρθόδωρον, menſura eſt conſtans circiter digitis decem, ſiue palmis duobus cum ſemiſſe. Pollux. ἀπὸ καρποῦ ἕως ἄκρου δακτύλου ἡ πᾶσα χεὶρ ὀρθόδωρον. Heſychius: ὀρθόδωρον, μέτρον τὸ ὀρθὸν τῆς χειρὸς ἀπὸ ἄκρου τοῦ καρποῦ μέχρι τοῦ δακτύλου, οἱ δὲ σπιθαμήν. Nequis autem putet, δῶρον ἁπλῶς dictum ſignificare palmum maiorem, conſideranda ſunt Homeri verba à Polluce & Heſychio citata ex Iliad. Δ. τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. Agit

autem

autem, περὶ δὲ αἰγὸς ἀγρίου, ὡς εἶναι. Inquit Eustathius: κατά τινας ὁ μὲν ἀμφοῖν σπιθαμῶν πέντε, καὶ δώρων ἑνός, ἀνὰ μέρος δὲ ἑκάτερον ἀνὰ δύο σπιθαμῶν καὶ μικρόν τι πρός. τρίτον γὰρ σπιθαμῆς, τὸ δῶρον, ὃ λέγεται καὶ παλαιστὴ θηλυκῶς, καὶ παλαιστὴς ἀρσενικῶς. ἔστι δὲ διάστημα τεσσάρων δακτύλων καὶ οὕτω μὲν ὁ ποιητὴς λέγει, οὐδὲν ἀπίθανον ἱστορῶν, ὡς ἡ πεῖρα δηλαδὴ δείκνυσι πολλαχοῦ. τί γὰρ μέγα δισπίθαμον κέρας αἰγὸς ἀγρίου, ὅγε καὶ ἐν καθ' αὐτὸ μόνον ὦπται καὶ ὑπὲρ τέσσαρας σπιθαμάς, καὶ ἕως, καὶ ὑπὲρ ἑπτά. φασὶ δὲ καὶ ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ ἀνακεῖσθαι κέρατα ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν τόπων κεῖνα μὲν δίπηχυ καὶ δακτύλων ὀκτὼ ἰσῶν μνᾶς εἴκοσι ἕξ. τὸ ἕτερον δὲ πηχῶν δύο καὶ σπιθαμῆς, σταθμοῦ ἴσον. In his Eustathii verbis pro καὶ ἕως, καὶ ὑπὲρ ἑπτά, legendum, πέντε. Nam amplissima erant cornua illa, quæ in Insula Delo asseruabantur. Erant autem alterum 56, alterum 60. digitorum, siue palmorum 15. spithamarum 5. Neque vero dubium est, quin de vnoquoque cornu intelligenda sint Homeri verba: atque ita cornua illa Homerica vno palmo grandiora fuerint Deliacis, quod, vt in Poeta, non nimium est, neq; vero fuisset arcus δισπίθαμος, dignus, qui ab Homero celebraretur.

VI.

Spithama maior vel spithama proprie sumpta, siue palmus maior, est mensura tribus palmis minoribus constans, digitis 12. pollicibus 9. Iacobus Bossius vocat palmum Architectorum, eumque pingit digitis Romanis præcise duodecim constantem, vnde colligas licet Architectos Romæ etiam nunc veterum Romanorum pede vti, etiamsi mercatores alio vtantur pede paulo breuiore, quem distinctionis gratia pedem Italicum vel Hetruscum nuncupauimus. Hesychius: Σπιθαμή, τὸ μέτρον τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρὸν διάστημα ἐκτεθέν. Pollux: εἰ δὲ τοὺς δακτύλους ἀποτείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸν σμικρότατον μετρεῖς, σπιθαμὴ τὸ μέτρον. Hebr. זרת Zeret dicitur, & ab iis definitur dimidia cubiti sex palmis constantis pars. Habetur vox Exod. 28.17. & 39.9. vbi LXX. σπιθαμὴν vertunt, vetus interpres palmum, vt & 1. Sam. 17. v. 4. Esaiæ 40.12. Ezechiel. 43.13. &c. Romani dodrantem pedis, quin & ἁπλῶς dodrantem vocant. Plin. lib. 9. c. 5. *Dentes eiusdem* (belluæ marinæ) *120. maximi dodrantium mensura, minimi semipedum.* Sic & Romani suos pollices & cuiusuis rei duodecimam partem vnciam vocant.

VII.

Πυγὼν siue minor cubitus est mensura digitis 20. constans. Legitur apud Homerum vox πυγούσιος Odyss. κ. vbi Circe iubet Vlyssem βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα. Eustathius in hæc verba: Ἔστι δὲ πυγὼν τὸ ἀπὸ ἀγκῶνος μέχρι δακτύλων κεκαμμένων, ὅ ἐστι συνεπτυγμένων διάστημα, ὅθεν πυγούσιος, ὁ πηχυαῖος, μάλιστα δὲ κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ πυγονιαῖος. Pollux: ἀπὸ ὠλεκράνου πρὸς τὸ τοῦ μέσου δακτύλου ἄκρον, τὸ διάστημα, πῆχυς proprie dictus. εἰ δὲ συγκάμψας

κάμψας τοὺς δακτύλους ἀπ᾽ ἀγκῶνος ἐπ᾽ αὐτούς, πυγὼν τὸ μέτρον, εἰ δὲ συγκλείσειας, πυγμή. Ita tria cubitorum genera constitui possunt, πυγμή, πυγὼν, πῆχυς. Πυγμὴ idem est fere quod πυγών. Quod si distinguere placet, possumus πυγμῇ tribuere digitos 18. πυγόνι 20. Sed quia πυγμὴν nemo, quod sciam, diserte definit, contenti erimus duplici cubiti distinctione, sed ita vt cuiuis populo possit inseruire. πυγὼν, inquam, Atticus esto digitorum Atticorum viginti. πυγὼν Romanus Romanorum totidem &c. At Hebræis triplex est cubitus, ita vt minimus sit itidem digitorum Hebræorum viginti. Hinc cubito Doctores Hebræorum tribuunt quinque palmos, Hebræos scilicet. Id innuunt Ezechielis verba capit. 40. 5. quæ sic commode vertas licet: καὶ ἦν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἀνδρὸς κάλαμος μέτρον ἓξ πηχέων τῶν ἐκ πυγόνος καὶ παλαιστῆς συνισταμένων. *Et erat in manu viri illius calamus mensuræ sex cubitorum constantium ex minore cubito & palmo.* Sic & cap. 43. καὶ ταῦτα ἦν τὰ μέτρα τοῦ θυσιαστηρίου πηχυαῖα. ὁ πῆχυς ἦν τοῦ πυγόνος καὶ παλαιστῆς. *Et hæ erant cubitales altaris mensuræ: Cubitus erat vnius cubiti & palmi.* Vetus Interpres ita vertit, ac si scriptum esset באמה אמת Baammat emet, in cubito verissimo. *Istæ autem,* inquit, *sunt mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum.* Et sane cubitus verissimus & proprie dictus is est, qui constat palmis sex, siue ἐκ πυγόνος καὶ δώρου. Itaque distinctionis gratia hunc minorem cubitum semper πυγόνα nominabimus medium & proprie dictum πῆχυν. πυγὼν igitur Toletanus constat digitis Toletanis viginti, Atticis sexdecim, &c. πυγὼν Romanus digitis Romanis viginti, Hebraicis sexdecim, &c.

VIII.

Πῆχυς cubitus proprie dictus constat digitis viginti quatuor, pollicibus duodeuiginti. πῆχυς Toletanus digitis Toletanis 24. Roman. 20. Atque ita πῆχυς Toletanus idem est quod πυγὼν Romanus, πῆχυς Hetruscus digitis Italicis 24 Romanis 23. πῆχυς Atticus digitis Atticis 24. Roman. 25. πῆχυς Parisinus pollicibus Parisinis 18. Romanis 20. πῆχυς Ægyptiacus pollicibus Ægyptiacis 18. Romanis $21\frac{3}{8}$. πῆχυς Romanus digitis Rom. 24. Hebraicis $19\frac{1}{5}$. πῆχυς Hebraicus digitis Hebraicis 24. Ro. 30. πῆχυς Atticus digitis Atticis 24. Hebraicis 20. Itaque Atticus πῆχυς idem est, quod πυγὼν Hebræorum.

IX.

Maximus omnium cubitus distinctionis gratia in Scriptura cubitus primarius dicitur, estque eiusdem longitudinis cum Hebræorum passu minore, quem gressum διβηματικὸν, voces licet. Viator expeditus gradus vtrumque gradiens singulis passibus binos fere suæ mensuræ pedes

les conficiet & semissem. Hinc fit, vt quæuis mensura totidem pedes, siue Rom. siue Parisinos &c. capiens gressus dicatur. Ita gressus Babylonius constabit pollicibus Babyloniis 30. Hebraicis 33⅓. Parisinis 37½. Atticis 40. &c. gressus Hebraicus constabit digitis Hebraicis 40. Parisinis 45. Atticis duodequinquaginta, Rom. quinquaginta &c. Eadem autem mensura peculiari quadam ratione saltem ab Hebræis cubitus vocatur, & quidem primarius. 2. Chron. 3. 2. & cubitus axillaris. Ezech. 41. 8. quasi, qui non ἀπ᾽ ἀγκῶνος ad extremos digitos, sed à carpo ad axillam pertingat. Estque Pygone duplo maior. Id autem in huiusmodi homonymis est maxime incommodum, quod vix vnquam vllum διακριτικὸν epitheum additur, sed ἁπλῶς Amma, siue cubitus vocatur. Sed quoties ex serie sermonis colligere licet, de minimo, mediano, an maximo cubito sit quæstio, commode fecerit Interpres, si synonymorum varietate, vel epithetorum adiectione ista distinxerit. Sic ergo vertere possis verba Moysis, quæ habentur Numerorum cap. 35. v. 4. & 6. vbi agitur de suburbiis & agris vrbium sacerdotalium, quę vno vocabulo dicere possis suburbicaria loca, Hebræis מיגרשים Migreschim. *Loca autem suburbicaria ciuitatum, quas dabitis Leuitis, erunt extrinsecus millenum vndiq; cubituum primariorum. Itaque metiemini extra vrbem quamque ad plagam orientalem bis millenos πυγόνας, ad plagam Australem bis millenos πυγόνας* &c. Sic 1. Reg. 7. 15. *Formauit quoque duas columnas æneas duodeuicenûm cubitûm primariorum erat altitudo vniuscuiusq;*. At 2. Chron. 3. 15. *Fecit duas columnas πυγόνων tricenum & quinum longitudinis.* Et πυγόνες quidem 35. efficiunt tantum 17½. cubitos primarios. Sed potuit in Historia Regum numerus rotundatus 18. poni pro decurtato 17½. potuit quoque stylobatæ altitudo esse πυγόνος vnius. Scio loca hæc aliter ab aliis explicari. Sed hæc conciliationis via mihi videtur omnium commodissima. Enimuero quemadmodum Siclus sacer fuit ciuili duplo maior, quidni cubitus sacer fuerit vulgari duplo maior? Vt ergo ciuilis Hebræorum siclus est δίδραχμον Atticum, sic πυγὼν Hebraicus est πῆχυς Atticus; vt Hebręorum talentum est Attico duplo maius, sic Hebræorum cubitus primarius Attico duplo maior. Arias Montanus vult mensuram hanc digitorum quadraginta vocari ab Hebræis פסלא Pisla. Huius sententiæ auctor est R. Natan in suo lexico, cuius verba, quia obscurissima sunt, non pigebit hic explicare. R. Natan ex Talamudis tomo tertio, libro sexto, qui de repudiis agit, citat hæc verba: אזל בגג נפל בפסלא Azel begig naphal basla, *Ambulans super tectum decidit*, διὰ τὸ ἀσύμφωνον, vel ἐκ τοῦ ἀσύμφωνον. Hebræę voces, prout mendose scribuntur, ita essent explicandæ, ambulans super repudium, אזל גיטא

D Azel

Azel gita, &c. quod sane festiuum est, sed literæ vnius mutatione tollitur error. Rabbi Ioseph hæc Talmudis verba explicans, אל ר' אמוה חוב ר' אמוח Hic 4. amuth al 4. amuth, *Pisla*, inquit, *est cubitorum quatuor excurrentium, in cubitos quatuor*. Pro quo quidam legentes excurrentium in cubitos decem, dicebant, Pislam esse columnam cubitos decem altam, quatuor latam: quod videtur alienum à Talmudicæ sententiæ mente. Itaque multo rectius verba Talmudica explicat R. Natan: *Pisla*, inquit, *est* זיז Ziz, id est, *ἀέτωμα superne vltra parietem prominens palmos decem, latum vero vel potius longum cubitos quatuor*. Ziz quid sit, docet R. Iuda, R. Schimsionis nomine in maiore Leuitico, esse scilicet accipitrem. Quemadmodum igitur Græci ab ἀετὸς dixerunt ἀέτωμα, ita Talmudistæ accipitrem vocant fastigium domus, accipitris, vel aquilæ volantis speciem referens. Et quia huiusmodi Pislæ siue ἀετώματος, amplitudo hęc fere solebat esse, vt promineret palmos decem, hinc factum, vt quidam quamuis mensuram palmorum decem vocauerint Pislam. Quod si Pislæ dimidia pars vocatur Reschuta, vt subinnuit R. Ioseph, certe Reschuta erit idem cum eo cubito, quem πυγόνα diximus. Ipsum autem ἀέτωμα Pisla dictum videtur à sculpturis quibusdam, quibus adornari solebat.

X.

Brachium est mensura, cuius vsus in Italia potissimum viget, sed ab ipsis Italis aliter atque aliter accipitur: aliquando enim est trium, aliquando duorum tantum pedum. Brachium, quod pingit Iac. Bossius ab ipso diuiditur in quatuor palmos. Hi palmi sunt spithamę Hetruscæ, siue dodrantes pedis Hetrusci. Ita Bossii brachium constat tribus pedibus Hetruscis. Serlius vero p. 46. 63. 80. 89. & 114. pingit nobis, modo trientem, modo semissem brachii constantis præcise duobus pedibus Rom. Magius autem ait, decem palmos Romanos conficere Cannam constantem quatuor brachiis Hetruscis.

Pes Rom. constat particulis 144. palmus particulis iisdem 108. ac proinde Canna particulis 1080. id in quatuor brachia diuisum dat vnicuique brachio particulas 270. quæ conficiunt fere duos pedes Hetruscos. At ipse Magius dimidiam brachii Hetrusci partem facit eiusdem plane longitudinis cum eo pede, quem Hetruscum vocamus. Itaque Magius nec hic nec alias satis sibi constat.

XI.

Vlna Parisina videtur in eum finem primo instituta, vt caperet vncias pollicis Parisini 525. Attici 560. Babylonii 420. Toletani septingentas, totidemque decimas digiti Parisini partes. Qui tamen Henrici II. & Caroli

Caroli IX. Regum edicta promulgarunt, siue per errorem, siue certo consilio ei tribuunt tantum vncias pollicis Parisini 524. pedes scilicet Parisinos tres, pollices septem cum besse, pro quo dodrantem nos dicemus.

XII.

Passus Geometricus est mensura pedum quinque. Ita autem dicitur ab expansis cruribus. Si quis crura quam latissime potest expandat, medio interuallo complectetur circiter quinque pedes suos. Atque ita prout quisque procerior erit, aut cruribus diductis, ita & grandiores minoresue passus efficiet. Sed singuli quinum fere pedum suorum. Christophorus autem Clauius in sua sphæra dum passum cum gressu confundit, nescio, quæ vocabula confingit, quæ, cui bono, cui vsui sint, non video. *Passus*, inquit, *simplex primæ differentiæ habet pedes duos, palmos octo. Passus duplex primæ differentiæ pedes quatuor, palmos 16. Passus simplex secundæ differentiæ pedes* $2\frac{1}{2}$ *palmos 10 Passus duplex secundæ differentiæ dictus Geometricus habet pedes quinque, palmos viginti. Passus simplex tertiæ differentiæ pedes tres, palmos 12. Passus duplex tertiæ differentiæ pedes sex, palmos 24.* Dicas, hominem summam diligentiam, summam ἀκρίβειαν profiteri, & sane aliquanto post Archimedis exemplo etiam arenæ marinæ numerationem pollicetur, atque ad eam rem μυριομυρίας μυριομυριάδας μυριομυριάδων, μυριομυρίοις μυριομυριάδων μυριομυριάσιν accumulat, atque terram, etiamsi tota in arenam versa esset, tamen plures arenularum atomos capere non posse. Interim sitne passus, pes, palmus Italicus, Gallico aut Hispanico, Romanus Attico vel Hebraico, maior an minor, ne verbum quidem. Immo ne monet quidem Bambergensis homo Romæ viuens, vtrum Bambergensi an Romano, Bauarico, Germanicoue, an Italico pede aut passu vtatur.

Non est itaque, quod nos morentur distinctiones illæ passuum, primæ, secundæ, & tertiæ differentiæ, quas ingenio suo indulgens excogitauit Clauius vir alioqui non contemnendus, & de sphæra Ioannis de Sacrobosto bene meritus. Nos igitur alia ratione passus distinguemus.

Passus Geometricus in genere continet pedes quinque, gressus duos, palmos viginti, pollices sexaginta, digitos octoginta. Passus Toletanus pollices Toletanos sexaginta, Romanos quinquaginta. Passus Italicus pollices Italicos 60. Roman. quinquaginta sex cum besse. Passus Atticus pollices Atticos 60. Romanos $62\frac{1}{2}$ Passus Parisinus pollices Parisinos 60. Romanos sexaginta sex cum besse. Passus Romanus pollices Romanos 60. Parisinos quinquaginta quatuor. Passus Ægyptiacus pol-

lices Ægyptiacos 60. Roman. $71\frac{1}{4}$ Atticos $68\frac{2}{5}$ Paſſus Hebræorum pollices Hebraicos 60. Romanos ſeptuaginta quinque, Atticos ſeptuaginta duos, Pariſinos ſeptuaginta ſeptem cum ſemiſſe. Cum ergo Iudæi ſuum paſſum definiunt quatuor cubitis, ego cubitos illos omnino credo intelligendos eſſe πυγόνας, hoc eſt, minimos Hebræorum cubitos non medianos, nedum maximos.

XIII.

Ὀργυιὰν Atticam definit Herodotus Euterpe: Αἱ δ' ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαι εἰσὶ στάδιον ἑξάπλεθρον. Ἑξαπόδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης, καὶ τετραπήχεως, τῶν ποδῶν μὲν τετραπαλαίστων ὄντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου. Poll. ἐὰν δὲ ἄμφω τὰς χεῖρας ἐκτείνας, ὡς καὶ τὸ στέρνον αὐταῖς συμμετρεῖν, ὀργυιὰ τὸ μέτρον. Hinc eſt, quod menſuram hanc etiam ὠλένην, vlnam dictam notat Seruius in Eclogas. Nec abludunt verba Virgilii:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli ſpatium non amplius vlnas.

Vlnas, id eſt, ὠλένας, ὀργυιάς.

Ὀργυιὰ ergo ſiue ἑξάπους (Galli Toſiam, Hiſpani ſtatum vocant,) menſura eſt multis populis communis, continens ſex cuiuſcunque tandem generis pedes, cubitos quatuor, pollices ſeptuaginta duos, digitos nonaginta ſex. Puta ὀργυιὰ Toletana continet pollices Toletanos 72. Roman. ſexaginta. Ita ὀργυιὰ Toletana tantundem valet, atque paſſus Romanus. Paſſus enim Romanus continet pedes Romanos quinque, Toletanos ſex: viciſſim ὀργυιὰ Toletana, pedes Toletanos ſex, Romanos quinque, ὀργυιὰ Attica, pollices Atticos 72. Romanos 75. ὀργυιὰ ſiue Toſia Pariſina pollices Pariſinos 72. Romanos octoginta: ὀργυιὰ Hebraica pedes Hebraicos ſex, Atticos $7\frac{1}{5}$. Romanos ſeptem cum ſemiſſe.

XIV.

Canna menſura eſt, quæ ab Italis varie admodum accipitur. Nam Iacobus Boſſius pingit octauam partem cannæ cuiuſdam, quæ eſt eadem omnino cum Toſia Pariſina. Hieronymus Magius ait, decem palmos ſiue dodrantes pedis Rom. conficere Cannam. Ita Canna hæc erit eadem plane cum Orguia ſiue Toſia Hebraica, quam diximus conſtare pedibus Hebraicis ſex, Romanis $7\frac{1}{2}$. Sic Canna Toletana conſtat pedibus Atticis ſex, Toletanis ſeptem cum ſemiſſe. Poſtremo Magius ait decem pedes Vrbinates conficere Cannam conſtantem duobus paſſibus Venetis. Quod ſi pes Vrbinas conſtat particulis 180. potius quam 185. tum paſſus Venetus erit eiuſdem longitudinis cum Hebraico ſiue Perſico. At Hebræorum Canna conſtat ſex medianis Hebræorum cubitis, pedibus nouem,

tem, siue pollicibus Hebræorum centum & octo, Romanis centum triginta quinque. Ezechielis 40. 5.

XV.

Stadalis est mensura Toletana constans pedibus Toletanis vndecim, Romanis $9\frac{1}{6}$. Parisinis $8\frac{1}{4}$. Atticis $8\frac{4}{5}$. At Stadalis quadrata constat pedibus Toletanis 121. Parisinis $68\frac{1}{16}$. Atticis $77\frac{11}{25}$. Romanis $84\frac{1}{36}$.

XVI.

Decempeda Romana constat pedibus Romanis decem, Parisinis nouem.

XVII.

Virgam Germani vocant Rhuthen, voce, si lubet, deducta à Græco ῥάβδος. Ῥάβδος igitur siue virga Heidelbergica constat pedibus Heidelbergicis sexdecim. Virga quadrata pedibus Heidelbergicis 256. Parisinis $187\frac{17664}{25000}$. hoc est, 187. & semisse ac pauxillo plus. Nos vero ad subductionis facilitatem ita agemus, ac si virga Heidelbergica quadrata præcise capiat pedes Parisinos $187\frac{1}{2}$.

XVIII.

Virgarum siue Perticarum in Gallia plura sunt genera, dum velut emulatione quadam Romanæ mensurę in Parisinas commutantur, & vicissim.

Primum ergo Pertica constabat pedibus Romanis viginti, Parisinis octodecim. Postea cœpit constare pedibus Parisinis viginti, Romanis $22\frac{2}{9}$. Tertio factæ sunt Perticę pedum Parisinorum viginti duorum, Romanorum fere viginti quinque. Postremo factæ sunt perticæ pedum Parisinorum viginti quinque, Romanorum $27\frac{7}{9}$. Ita Perticarum quadratarum prima constabit pedibus Parisinis 324. Secunda quadringentis. Tertia 484. Quarta 625.

XIX.

Clima, teste Columella, est quoquo versum pedum L X. hoc est, agri mensura habens quoquo versum pedes Romanos sexagenos, Parisinos quaternos, & quinquagenos. Climatis area habet pedes Romanos tria millia & sexcentos, Parisinos 2916.

XX.

Porcam sic definit Columella: *Prouinciæ, inquit, Baticæ rustici triginta pedum latitudinem, & CLXXX. longitudinem porcam dicunt.* Id de pedibus Romanis, an Hispanicis sit intelligendum, non satis constat. Si de Romanis, area obtinebit pedes Romanos 5400. Parisinos 4374.

XXI.

Πλέθρον est agri mensura Atheniensibus peculiaris, habens vndiq; pedes Atticos centenos, Romanos 104$\frac{1}{6}$ Parisinos 93$\frac{1}{4}$. Area igitur habebit Atticorum pedum decem millia, Romanorum 10795. Parisinorum 8726$\frac{2}{18}$. Plethri definitionem iam supra in Orguia ex Herodoto audiuimus.

Sed eam paulo plenius enarrat Suidas, ita tamen, vt verba eius & luce & castigatione opus habeant. Πλέθρον τὸ τοῦ σταδίου ἕκτον μέρος. ὅπερ ἐστὶ πηχῶν ξή, lege, ξϛ´. Plethrum, inquam, habet vndique pedes centenos, cubitos 66$\frac{2}{3}$. Ὅλον γὰρ στάδιόν ἐστι τετρακοσίων, ἢ πάντοθεν ἔχον πόδας λή, lege, χ´. hoc est, stadium habet vndique pedes sexcenos, cubitos quadringenos. Ξενοφῶν φησὶ πλεθριαίους φοίνικας φύεσθαι ἐν Βαβυλῶνι ἢ καὶ μείζονας σταδίου, lege, ἢ καὶ μείζονας. Σταδίου πηχῶν υ´ ἐξέδωκεν ἡ πόλις Ἀθηναίων θυγατέρας Ἀριστείδου. Hoc est, Ciuitas Atheniensium singulis Aristidę filiabus sena agri Plethra donauit, vel agros habentes quadringenos quoquo versus cubitos, καὶ Λυσιμάχῳ τῷ παιδὶ δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας ἐδίδου. (Plutarch. ait, quaternas, non binas in diem drachmas.) καὶ γῆς πεφυτευμένης ἐδωρήσαντο ὀκτὼ πλέθρα, ἀργυρίου μνᾶς ἑκατόν. Huic mensuræ ęqualem certe ἀνάλογον Campani vocabant versum. Varro de re rustica lib. 1. cap. 10. *Modos quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania vlteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano & Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possunt, versum dicunt, centum pedes, quoque versus quadratum.* Incertum est, Varro de Romanis pedibus, an de Campanis locutus sit. Sed si de Romanis intellexit, tum versus Plethro erit quadringentis pedibus minor. Nam versus obtinebit pedum Romanorum decem millia, Atticorum nouem millia sexcentos.

XXII.

CANDETVM quid sit, docet Columella libr. 5. *Galli*, inquit, *Candetum appellant in areis vrbanis spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL. quod aratores Candetum nominant, Semiiugerum quoque & Arepennem vocant.* Lege, *Quod aratores Candetum nominant, Iugerum quoque & Semiarepennem vocant.*

Areas autem vrbanas intelligo hortos, quos vulgo hic nostrates rustici vocant *Lieu de Ville*. In hortis ergo aut etiam ædificiis admetiendis Galli Candeto tribuebant tantum centenos vndique pedes, at in aruis, pratis, aut vitibus admetiendis Candeto tribuebant vndique centenos & quinquagenos pedes. Fingamus hos pedes fuisse Parisinos, ita Candetum vrbanum πλέθρῳ Attico ἀνάλογον, sed multo maius habebit

vndique

ndique pedes Parisinos centenos, Atticos 107. Romanos 111$\frac{1}{9}$. in vniersum pedes Parisinos decies mille, Atticos 11449. Romanos 12345.

Candetum autem agreste habebit quoquouersum pedes Parisinos entenos quinquagenos, Atticos 160. Romanos 166$\frac{2}{3}$. in vniuersum pedes Parisinos 22500. Atticos 25600. qui est fere Semiarepennis modus, el potius, Candetum vrbanum est πλέθρον Atticum præcise. Candetum greste habet vndique 150. pedes Atticos in vniuersum 22500. pedes Atticos, quod quamproxime accedit ad Semiarepennis modum.

XXIII.

Actus est mensura Romanis peculiaris constans pedibus Romanis uoquo versus centenis ac vicenis. Festus: *Actus modo significat in Comœdiis & Tragœdiis certa canticorum spatia, modo iter inter vicinos quatuor pedes atum, modo in Geometria minorem partem iugeri, id est, centum viginti pedum.* Hic Festus κυρίως Geometriam vocat agrorum dimensionem, quod vulo dicimus, *Arpenter*, cum hoc vocabulo Mathematici cuiusuis corporis imensionem intelligant: Hebræorum vero Doctores vocem hanc d Astronomica potissimum referunt, aut certe in genere ad quasuis Mathematicas disciplinas. Varro de lingua Latina lib. 4. *Ager dictus est in quam erram quid agebant, & vnde quid agebant, fructus causa, id Græci dicunt ἀγρόν.* Hic est Varronis mos, vt etymologias suas quomodocunque torqueat, t quam paucissima vocabula Græcæ linguæ accepta referat. Atqui ab γρὸς non Latini modo vocem Ager, sed & Syri suum אגרים Agros, & Germani Acker deduxerunt. Græci vero tum nomen ἀγρὸς, tum verbum γείρω ab Hebræa voce sumpserunt, quæ colligere significat. Pergit Varo: *Vt ager, quod agi poterat, sic qua agi actus. Eius finis minimus in latitudinem edes quatuor, fortasse ab eo quatuor, quod ea quadrupes agi dicitur, in latitunem pedes centum viginti in quadratum actus & in latum & in longum, vt essent ntum & viginti. Multa antiqui duodenario numero finiebant, vt duodecim decriis actum.* Pro decuriis videtur legendum decempedis. Antecedentia uoque mendosa sunt & hiulca. Poterit autem locus hoc modo restitui: *us finis minimus constitutus, in latitudinem pedes quatuor, &c. In longitudinem edes centum & viginti. dein in quadratum actus est, vt in latum & in longum esnt pedes centum & viginti.*

Est ergo Actus superficies agri quadrata, cuius vtrumque latus entenos & vicenos pedes habet, ac proinde in vniuersum pedes Roanos quatuordecim millia & quadringentos. Idem Actus ab vtrouis tere habebat pedes Parisinos 108. in vniuersum 11664.

Idem Varro de re rustica lib. 1. cap. 10. *Iugerum dicunt, quod duos actus quadra-*

quadratos habeat, Actus quadratus qui & latus est, pedes CXX. & longus totidem. Is modius & mina Latinis appellatur. Cur ita? Quia actus sementis triticeæ modio Siculo conserebatur, ideo quidam actum modium indigitarunt. Sic Hispani Fanecam vocant agrum, qui faneca tritici conseri potest, & in Gallia multis in locis sextarius nuncupatur ager, qui sementis triticeę sextarium exigit. Cur autem actus minæ nomen acceperit, hæc potuit esse ratio. Mina ciuilis Iudaica habebat Attica grana 14400. totidem pollices Rom. habebat Actus Romanus. Mina Ægyptiaca habet Attica grana 9216. totidem pollices Hebræorum habet Actus. Columella libr. 5. *Actus minimus, vt ait Mar. Varro, habet latitudinis pedes quatuor, longitudinis pedes CXX. Actus quadratus vndique finitur pedibus* CXX. Plinius lib. XVIII. c. 2. *Iugerum vocabatur, quod vno iugo boum in die exarari posset,* (lege, *iugum vocabatur &c.*) *Actus in quo boues agerentur, cum aratur vno impetu iusto. Hic erat CXX. pedum, duplicatusq; in longitudinem iugerum faciebat.*

XXIV.

Iugerum Romanum est *ἑτερόμηκες* agri spatium habens pedes Romanos CXX. latitudinis, longitudinis CCXL. amplitudinis 28700. vel pedes Parisinos latitudinis centum & octo, longitudinis 216. in vniuersum 23328. vel denique pedes Hebręorum latitudinis 96. longitudinis 192. areæ 18432. Columella lib. V. *Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX. & hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo, quod erat iunctum, Iugeri nomen accepit. Sed hunc actum Prouinciæ Baticæ rustici agnam vocant. Ergo, vt dixi, duo Actus Iugerum efficiunt longitudine pedum CCXL. latitudine pedum CXX. Quæ vtraq; summa inter se multiplicata quadratorum pedum faciunt XXVIII. millia & octingentos.* Varro de re rustica lib. 1. cap. 10. *Iugeri pars minima dicitur scrupulum, id est, decem pedes in longitudinem & latitudinem quadratum. Ab hoc principio dicunt mensores nonnunquam in subsiciuum esse agri vnciam, sextantem, aut quid aliud, donec ad Iugerum peruenerint. Id habet scrupula CCLXXXVIII. quantum As antiquus noster ante bellum Punicum pendebat.* Sic enim legendus locus. Hic ergo placet vno diagrammate conspiciendas proponere singulas Iugeri partes.

	Iugeri partes.	*Scrupula.*	*Pedes Rom.*
Dimidium.			
Scrupulum	576	$\frac{1}{2}$	50
Scrupulum	288	1	100
Sextula	72	4	400
Sicilicus	48	6	600

Semun-

Semuncia	24	12	1200
Vncia	12	24	2400
Sextans	6	48	4800
Quadrans	4	72	7200
Triens	3	96	9600
Quincunx	$\frac{5}{12}$	120	12000
Semis	$\frac{1}{2}$	144	14400
Septunx	$\frac{7}{12}$	168	16800
Bes	$\frac{2}{3}$	192	19200
Dodrans	$\frac{3}{4}$	216	21600
Dextans	$\frac{5}{6}$	240	24000
Deunx	$\frac{11}{12}$	264	26400
Iugerum	0	288	28800

Fabius Quintilianus lib.1.cap.18. *Iugeri menſuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes eſſe, dimidioque in latitudine patere, non fere quisquam eſt, qui ignoret, & qui ſit circuitus, & quantum campi claudat colligere expeditum. At centeni & octogeni in quamque partem pedes idem ſpatium exterminant.* Hæc quid ſibi velint, non cuiuis forte prima fronte patet. Quintilianus docet circulum quauis alia figura, tetragonum quouis parellellogrammo capacius eſſe. Argumento ipſi eſt Iugerum, cuius ambitus eſt pedum 720. area pedum 28800. At quadratum fingito habens vndique pedes 180. huius ambitus erit idem cum ambitu Iugeri, area multo amplior, nempe pedum 32400. Quod ſi quadratum efficere velis Iugero quam proximum, huius lateri tribuendi erunt pedes 170. ita ambitus erit pedum 680. area pedum 28900.

XXV.

Morgen Heidelbergicum duplex eſt, minus & maius: Minori arua, maiori ſaltus & ſyluas metiuntur. Minus continet virgas 128. ac proinde pedes Heidelbergicos quadratos 3278. Pariſinorum circiter viginti quatuor millia, Romanorum triginta millia.

Maius habet virgas Heidelbergicas centum ſexaginta pedes Heidelbergicos quadratos 40960. Pariſinos triginta millia, Romanos 37500.

Cum ergo Morgen Germanis matutinum tempus ſignificet, Morgen minus eſt quantum terræ ſtrenuus agricola à primo diluculo vſque ad prandium exarare poteſt,

XXVI.

Faneca Toletana triplex est, Minima habet vndique stadales vicenos, pedes Toletanos quadratos 48400. Romanos 33611. Parisinos 27225. vel habet vndique pedes Toletanos 220. Atticos 176. In vniuersum pedes Atticos 30976. stadales quadringentos. Media habet latitudinis stadales viginti, longitudinis 27. In vniuersum stadales quingentos, pedes Toletanos 60500. Parisinos 3403$\frac{1}{4}$ Atticos 38720.

Maxima habet stadales viginti latitudinis, longitudinis triginta, in vniuersum sexcentos, pedes vero Toletanos 72600. Atticos 46464. Parisinos 39837$\frac{1}{2}$ Itaque maxima hæc Toletana faneca quamproxime accedit ad amplitudinem Arepenni Gallici, quod paulo post secundo loco definiemus. Vicissim minima faneca tot habet pedes Toletanos, quot tertium Arepenni genus habet pedes Parisinos. Quin & Sedani, & in vicinia est nobis Arepenni quoddam genus, quod videri potest ad similitudinem minoris fanecæ constructum. Nam vt stadalis constat vndenis vndique pedibus Toletanis, sic hic virgula vndenis pedibus Sedanensibus Arepennum vicenis vndique virgulis: ita Arepennum Sedanense habet quadringentas virgas minores, siue stadales vndenum pedum, vel centum maiores pedum binûm & vicenûm, in vniuersum pedes quadratos Sedanẽses 48400. Parisinos 36528$\frac{40}{84}$. Atticos 42006$\frac{14}{121}$. Sumamus ergo numerum integrum 36528. Hoc modo ex quatuor Arepenni Gallici generibus, quæ mox dicturi sumus, 2283. prima efficiunt Sedanensia 2025. secunda 2283. Sedanensia 2500. tertia 2283. Sedanensia 3025. quarta 2283. Sedanensia 3925.

XXVII.

Arepennis, Arepennum, vel Arependum, vox est Gallica ante Augusti tempora vsurpata, vt colligere est ex laudato iam à nobis loco Columellæ, qui fuit Augusti σύγχρονος, videturque esse Syriacæ originis ab ארעא-פדן Ara-peden, id est, γῆ ζεύγους, quantum terræ strenuum boum aut equorum par vno die arare potest. Id Latini Iugum, Hebræi צמד Tsemed vocant. Potest autem pensum istud diurnum varium esse, prout equi vel boues segnes sunt, aut impigri, prout etiam terra leuior est, aut subactu difficilior. Itaque varia sunt in Gallia arependorum genera. Adde quod κατεχρηστικῶς, quædam ita dicuntur, vtpote quæ maiora sint, quam vt ea vllus agricola vno die exarare queat.

Primum Arependi genus quidam ita construunt, vt ei tribuant perticas octoginta, perticæ vero pedes Parisinos viginti, in vniuersum pedum Parisinorum triginta duo millia præcise. Alii tum hoc, tum reliqua

na ita adſtruunt, vt ſemper agrum quadrent. Primum ergo Arepenum proprie habebit vndique perticas denas, pertica vero vndique pes Rom. vicenos, Pariſinos 18. Hebraicos 16. In vniuerſum perticas entum, pedes Pariſinos 32400. Hebraicos 25600. Romanos quadraginta millia præciſe. Hoc Arependo longe commodiſſimo, ſuoque etymo optime conuenienti vtuntur populares mei in dimetiendis agris, uos feudales vocant. Cumque præciſe capiat pedes Hebraicos vndique enteuos & ſexagenos, Pariſinos centenos & octogenos, Romanos ucenos, tam commode dici poteſt Arependum Hebraicum & Romanum, quam Gallicum, eſtque Iugerum Romanum cum quincunce, vire ſis tamen ne Iugo, ſiue Tſemed Hebraico præſtet tribuere centenos ndique cubitos Hebraicos. In vniuerſum decem millia, Babylonios 100. Atticos 14400. Toletanos 22500. pedes vero Babylonios 18225. Hebraicos 22500. Pariſinos 28476$\frac{9}{18}$. Atticos 32400. Romanos 35156$\frac{1}{4}$. Cannas Atticas quadringentas, Toletanas quingentas. Ita Arependum hoc, ſiue Tſemed tot habebit pedes Atticos, quot noſtros Arependum minus, pedes Pariſinos, ſuntque multa loca, in quibus penſum agricolæ diurnum non poteſt eſſe hoc maius.

Secundum Arependum Gallicum habet denas vndique perticas, pertica vero vicenos vndique pedes, hoc eſt, Arependum hoc habet vndique pedes Pariſinos ducenos, in vniuerſum pedes Romanos 49382. pedum Pariſinorum quadraginta millia, quot primum Arependum pedes Rom. Hoc Arependo agros roturiales vulgo dictos metitur patria mea inter Matronam & Sequanam ſita. Hoc arependum vno quidem die exarare poteſt agricola, ſed difficulter, & equis potius quam bobus tens. Quod ſi lubeat, licebit arependum confringere, quod habeat ducenos vndique pedes Atticos, Babylonios centenos & quinquagenos, ſie cubitos Babylonios centenos. In vniuerſum cubitorum Babyloniorum decem millia, pedum Atticorum quadraginta millia, Babylonios 22500. Pariſinos 35195$\frac{5}{18}$. quatuor Attica Plethra. Hoc videtur eſſe commodiſſimum diei vnius penſum in ſolo temperato, cui fere reſpondet media faneca Toletana, arependum Sedanenſe, & ſeſquimorgen Heidelbergicum.

Tertium Gallorum arependum eſt id, cuius pertica conſtat pedibus Pariſinis, vndique binis & vicenis. Capit ergo in vniuerſum pedes Pariſinos 48400. Rom. 59753$\frac{1}{7}$. Ita ſecundum arepennum capit fere quinquaginta, tertium fere ſexaginta, primum præciſe quadraginta pedum Rom. millia. Henricus II. A.D.1557. & Carolus IX. A. D.1565. edi-

cto publico cauerant, vt tota Gallia tertio illo arepenno vteretur, sed id neuter obtinere potuit: vsurpatur tamen circa Lutetiam, & plerisq; locis regium ἁπλῶς nuncupatur. Quartum arepennum est id, cuius pertica constat quinis & vicenis vndique pedibus Parisinis, ac proinde capit Arepennum hoc pedes Paris. 62500. Rom. 77163. Huius arepenni rarior est vsus. Budæus tamen ait, etiam circa Lutetiam huius esse aliquem vsum.

XXVIII.

Hæredium est ager duo Iugera Rom. complectens. Varro lib. 1. cap. 10. editionis Parisiensis: *Cum ad Iugerum peruenerunt, id habet scrupula 282. Quantum attinet ad antiquos nostros ante bellum Punicum pendebant bina Iugera, quod Romulo primum diuisa dicebantur viritim, quæ quod hæredem sequebantur, Hæredium appellarunt. Hæc postea à Iugeris centum centuria dicta; quæ duplicata est quadrata in omnes quatuor partes, vt habeat latera longa duo millia & quadringentos pedes.* Petrus Victorius locum sic legit: *Cum ad Iugerum peruenerint, id habet scrupula CCLXXXVIII. quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat Iugera bina. &c. Hæc postea à centum Centuria dicta. Centuria est quadrata, in omnes 4. p. vt h. l. l. p. ∞ ∞ D.* Ego locum sic legendum censeo: *Cum ad Iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo, quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat. Bina Iugera, quod à Romulo primum diuisa dicebantur viritim, quodq; hæredem sequebantur, hæredium appellarunt. Hæc postea à centum centuria dicta, quæ est quadrata, vt in omnes quatuor partes habeat latera longa duo millia & quadringentos pedes. Hæ porro quatuor centuriæ coniuncta, vt sint in vtramq; partem bina, appellantur in agris diuisis viritim publice saltus.* Hæc Varro. Ergo Romanis erant quatuor agrorum dimensiones quadratę. Actus enim habebat vndique pedes 120. Hæredium 240. Centuria 2400. non 2500. vt scripsit Victorius, Saltus 4800. Actus area complectebatur pedes 14400. Hærediũ 57600. Centuria 5760000. Saltus 23040000. Centuriam à centum hærediis dictam, notat Varro, non à centum Iugeris, vt legit Parisiensis editio, vel à centum Quiritibus, vt notat Victorius ex Festo: Hæredii Nonius quoque meminit lectionem nostram confirmans, nisi quod legit, *quæ quod heredem sequerentur*, vt & in ipso Varrone legitur, pro quo tamen malim legere, *quodq; h. s.*

XXIX.

Stadium, κοινῶς vsurpatum, est mensura constans centum & viginti passibus. Quod si licet hariolari dixerim, non Græcam modo, sed & Hebræam vocem esse, vt Stadium Græci dixerint à stando, Hebræi vero ab incedendo, צעד. Et vox quidem Hebræa Tsahad passum quidem

aut

ut inceſſum proprie ſignificat. Sed quidni poſſit etiam ſumi pro certo ac definito curriculo, puta ſexaginta, vel centum & viginti paſſuum? Profecto id ſenſiſſe videntur Doctores Talmudici. In 2. Sam. 6. 13. *Erat autem cum progreſsi eſſent portantes arcam Iehouæ ſex Tſchadim, vt ſacrificarent bouem & arietem.*

De hoc ſic 1. Chron. 15. 26. *Erat autem cum leuaret Deus Leuitas geſtantes arcam fœdera Iehouæ, vt ſacrificarent ſeptem iuuencos, & ſeptenos arietes.* Hic Talmudici, *Singulis Tſchadim*, inquiunt, *ſacrificabatur bos & aries, ſenis vero Tſchadim ſeptem iuuenci & totidem arietes.* R. Dauid Kimchi vocem hanc interpretabatur Peſiha, id eſt, paſſum. Sed quamuis ſæpe pueriliter ineptiant Rabini, vix tamen mihi perſuadere poſſum, eos ita inſaniiſſe, vt crederent ſingulis paſſibus ſacrificatos ſingulos boues & arietes, poſt ſenos paſſus ſeptenos iuuencos & arietes totidem. Ita enim neque menſis integer neque Salomonis & Ioſię Hecatombæ omnes ſimul aggregatæ ſuffecerint ad conficiendum iter longiuſculum, quale eſſe poterat à domo Hobed Edom ad locum Hieroſolymis arcæ deſtinatum. Doctores igitur illi proculdubio voce Tſchadim non paſſus intelligebant, ſed ſtadia, aut quid ſimile. Atque id mihi quidem videtur rationi conſentaneum. LXX. interpretes cum ignorarent, qua ratione nodum iſtum ſoluerent, ſecare maluerunt, & ab Hebraica veritate diſcedere: καὶ ἦσαν μετ' αὐτοῦ οἱ αἴροντες τὴν κιβωτὸν τοῦ κυρίου ἑπτὰ χοροὶ, καὶ θῦμα μόσχος καὶ ἄρνες. Atqui hoc non eſt interpretari, ſed comminiſci, quod tamen non ſemel iis contigit, ac fere quoties iis occurrebat ſententia aliqua, quæ fideliter explicata videbatur apud Ethnicos fidem non inuentura, atque ita ſcandalo futura, tum veræ ſententiæ loco alienam quampiam pro arbitrio confingebant. Sed vt ad rem redeam, Stadium, vt dixi, poteſt in genere ſumi pro curriculo conſtante centum & viginti paſſibus, cuiuscunque tandem populi ſint ii paſſus.

Hoc modo Stadium Toletanum conſtabit paſſibus Geometricis quidem, ſed Toletanis 120. Romanis centum, hoc eſt, pedibus Toletanis ſexcentis, Romanis quingentis. Stadium Italicum conſtabit pedibus Italicis ſexcentis, Romanis quingentis ſeptuaginta quinque. Stadium Romanum pedibus Romanis 600. Pariſinis 540. Stadium Pariſinum pedibus Pariſinis 600. Romanis $666\frac{2}{3}$. Stadium Ægyptiacum pedibus Ægyptiacis ſexcentis, Atticis 684. Romanis $712\frac{1}{2}$. Pariſinis $639\frac{27}{185}$. Stadium Hebræorum pedibus Hebraicis 600. Romanis ſeptingentis quinquaginta, Atticis 744. Pariſinis 672. vel ſi maius ſtadium Hebræorum conſtabit paſſibus Hebraicis 120. Romanis 150. Atticis 144. Pariſinis

 134.

134 Stadium vero κυρίως sumptum, hoc est, Stadium Atticum constabit pedibus Atticis sexcentis, Hebræis quingentis, Romanis 625. Toletanis 750. vel passibus Atticis 120. Hebræis centum, Romanis 125. Toletanis 150. Parisinis centum & duodecim cum semisse. Et quidem Alexandrinis stadii vox & vsus adeo frequens erat, vt in media vrbe esset locus quidam Stadium dictus, & alter cui nomen ἑπτασάδιον. Strabo libr. vltim. suæ Geographiæ: μετὰ ταῦτα, τὰ νεώρια μέχρι τοῦ ἑπτασαδίου. Ἑξῆς δὲ, ἐμπόριον λιμὴν μετὰ τὸ ἑπτασάδιον. Et paulo post: Ἐντὸς δὲ τῆς διώρυγος, τό τε Σαράπιον &c. καὶ ἀμφιθέατρον καὶ στάδιον, καὶ οἱ πεντετηρικοὶ ἀγῶνες ἐκεῖ συντελοῦνται. Vt ergo Olympica sic & Alexandrina certamina in stadio perficiebantur. Neque vero dubium, quin alterum alteri fuerit, si non æquale saltem ἀνάλογον, vt stadio Alexandrino tribuantur sexcenti pedes Alexandrini, siue Ægyptiaci, quemadmodum stadio olympico sexcenti pedes olympici. Sed facile crediderim, olympicum stadium Alexandrino vel certe Babylonio non ἀνάλογον modo, sed & æquale fuisse, vt ex iis coniicimus, quæ infra de gradu cœlesti, & lib. 5. de Gigantibus dicturi sumus. Illud certe dubium esse non potest, Olympicum stadium reliquis Græciæ stadiis longius fuisse, vt ex iis constat, quæ à Gellio disputantur statim initio suarum Noctium. Reliqua autem Græciæ stadia pleraque Attica fuisse rationi consentaneum est. Atque hæc causa est, cur tum Græci, tum Latini, cum Stadium ἁπλῶς dicunt, Atticum vtplurimum intelligant. Plinius libr. II. cap. XXIII. *Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque.* Herodotus lib. II. loco supra laudato: αἱ δὲ ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον. ἑξαπόδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης καὶ τετραπήχεος. Suidas præter ea, quæ supra recitauimus, Στάδιον, inquit, ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος. καὶ μέρος τι τοῦ λεγομένου μιλίου. ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον ἕν. καὶ τὰ δέκα μίλια ποιοῦσι στάδια π΄. τὸ στάδιον ἔχει πόδας χ΄. τὸ δὲ μίλιον πόδας δσ΄. τὸ δὲ πλέθρον πόδας ρ΄. καὶ ἡ ἄρουρα πόδας ν΄. ὁ ποὺς δακτύλους ις΄. ὁ πῆχυς πόδας αϛ΄. Hic Suidas per ἀμφιβολίαν stadii, pedisque voces aliter atque aliter accipit. Nam cum tribuit Plethro pedes centum, stadio sexcentos, cum ait, decem milliaria conficere stadia octoginta, hæc sane intelligenda sunt de stadio ac pede Attico, milliari vero Romano.

At cum ait, milliare capere stadia septem & semis, pedes vero 4200. omnino id intelligendum est de milliari Hebraico, Stadiis vero Babyloniis. Reuera enim mille passus Hebraici conficiunt præcise stadia Babylonia $7\frac{1}{2}$. Hebraicorum (inquam) pedum, quinque millia conficiunt pedum Babyloniorum 4500. At qui factum, vt pro 4500. Suidas dixerit 4200. Dixerit aliquis, esse errorem Typographi. Sed potest esse Suidę ipsius, legerat, aliquem milliari tribuentem stadia septem, vtpote qui numero

numero rotundato vti mallet, quam decurtato $7\frac{1}{2}$. Hinc colligit Suidas milliari tribui posse pedes 4200. Hebræi autem voce MIL intelligunt aliquando mille gressus, aliquando mille passus, alterum minus, alterum maius Hebræorum MIL commode vocari potest. Verba Suidæ de maiori Hebræorum Mil intelligenda sunt.

XXX.

Minus Hebræorum Mil capit mille gressus, vel mille maiores Hebræorum cubitos, siue πυγόνων Hebraicorum aut cubitorum Atticorum duo millia, passus Hebr. quadringentos, Atticos sexcentos. Genes. 35. 16. & 2. Reg. 5 9. voces Hebraicas Cibrat haarets, כִּבְרַת הָאָרֶץ. LXX. vertunt χαβραθὰ τῆς γῆς, ac si Caph radicale sit, quæ fuit etiam sententia R. Menachem. At ex cæterorum omnium mente vertendum sit, ὡσεὶ βεϱὲθ τῆς γῆς. Hoc ergo spatium siue χαβϱαθὰ, siue potius βεϱὲθ dicas. R. Dauid in libro radicum putat esse veluti σταθμόν. R. Schelomoh Iarchi interpretatur Parsa. R. Schadia Mil, quin & ipse R. Dauid Kimchi in 2. Reg. 5 19. interpretatur Mil. Paraphrastes Chaldaice vertit vtrobique כְּרוּב אֲרַע Cerub erets, ὡσεὶν μῆκος τῆς γῆς. Indefinite Tremellius exiguum aliquod terræ spatium. Vetus interpres in Genes. vertit electo tempore in libro Regum verno tempore.

XXXI.

Milliare est spatium continens mille passus cuiuscunque tandem populi. Milliare Toletanum complectitur mille passus Toletanos, Atticos octingentos præcise, Romanos $833\frac{1}{3}$. Milliare Rom. passus Parisin. nongentos, Atticos 960. Milliare Atticum passus Romanos $1041\frac{2}{3}$. Milliare Parisinum passus Romanos $1111\frac{1}{9}$. Olim autem Romani cum milliare dicebant, non dubium est, quin de suis passibus intelligerent, quos ἁπλῶς Romanos vocamus. At hodie Itali, cum milliare dicunt, res non est ita plana. Nam vt pedes, sic & passus, alii aliis longiores. Et possunt aliæ subesse causæ, quæ milliaria alia aliis longiora faciunt. Nam & in Germania milliaris vox est in vsu, sed ita vt passuum myriadas potius, quam Chiliadas notet. Columella: *Stadium habet passus CXXV. id est, pedes DCXXV. quæ octies multiplicata efficiunt mille passus, sic veniunt quinque millia pedum.*

XXXII.

Maius Hebræorum Mil est Romano milliari ἀνάλογον, complectens cubitum primariorum siue gressuum Hebraic. duo millia, passus vero itidem Heb. mille, Atticos 1200. Rom. 1250. Hoc autem spatium in

Scriptura

Scriptura vocatur Iter Sabbathi: Iudæi siquidem omnes vno consensu docent, iter fuisse bis mille cubitorum, totidemque passuum. Quod ita verum erit, si id intelligas de passibus minoribus, quos gressus vocare solemus, cubitis vero maioribus, quos primarios dicimus & axillares. Syrus interpres Actor. primo iter Sabbathi vertit, septem stadia, quod ita quoque verum dicetur, primo, si de Babyl. stadiis id intelligas, secundo, si dicas numerum rotundatum septem positum pro decurtato $7\frac{1}{2}$. vt supra in stadio monebamus.

XXXIII.

Leuca Gallica minor complectitur Tosiarum duo millia, hoc est, pedum Parisinorum duodecim millia, Atticorum 12800. passuum Parisin. 2400. Atticorum 2560. Maior pedum Parisin. viginti millia, passuum itidem Parisinorum quatuor millia. Sunt & aliæ longiores, sed quarum certus modus definiri vix potest.

XXXIV.

Leuca Toletana minor habet passuum Toletan. tria millia, Atticorum 2400. quot Leuca Parisina pedes Parisinos. Maior vero habet Passuum Toletanorum quatuor millia, Parisinorum tria millia.

XXXV.

Parasanga est mensura Persica complectens Stadia Persica viginti quinque, Attica triginta, vel passuum Persicorum, Hebraicorumue tria millia, Atticorum 3600. Rom. 3750. Herodot. lib. V. ἡ παρασάγγης δύναται τριήκοντα στάδια. Quid si stadia illa sint Persica, non Attica? Hac ratione Parasanga complectetur Attica stadia 36. Xenoph. τῆς ἀναβάσεως libro 2. Ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας, μέχρι τῆς μάχης σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ πεντακόσιοι, στάδιοι πεντήκοντα, καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι. Ita Xenophon quoque tricena stadia singulis parasangis tribuit, siue illa sint Persica, siue Attica.

XXXVI.

Σχοῖνος quid sit, non ita facile est definire. Nam modo 30. modo 40. modo 60. modo denique 120. stadia complectitur, & mea quidem sententia Alexandrina potius quam Attica, etiamsi Plinius de Atticis id interpretetur. Herod. li. II. ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον, σταδίων ἑξήκοντα. Plin. lib. 12. c. 14. *Eratosthenis ratione Schœnus patet stadia XL. hoc est, 5000. passuum, alii XXXII. stadia singulis schœnis dedere*, pro XXXII. lubens legerim *XXXIV*. Nam XXX. stadia Alexandrina conficiunt *XXXIV*. Attica. Strabo Geographiæ suæ libro vltimo: ἀπὸ μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπὶ τὴν Δέλτα κορυφὴν φησὶν Ἀρτεμίδωρος σχοίνων ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τὸν ἀνάπλουν, τοῦτο δὲ εἶναι σταδίων ὀκτακοσίων τετταράκοντα, λογιζόμενος τριάκοντα σταδίων τὴν σχοῖνον. ἡμῖν μέντοι

πλέουσιν

πλεῦσιν ἄλλοτ' ἄλλῳ μέτρῳ χρώμενοι τὴν σχοῖνον ἀπεδίδοσαν τὰ διαστήματα, ὥστε καὶ πεντήκοντα σταδίους καὶ ἔτι μείζους ὁμολογεῖσθαι παρ' αὐτῶν, καὶ διότι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ἄστατόν ἐστι τὸ τῆς σχοίνου μέτρον, αὐτὸς Ἀρτεμίδωρος ἐν τοῖς ἑξῆς δηλοῖ. ἀπὸ μὲν γὰρ Μέμφεως μέχρι Θηβαΐδος τὴν σχοῖνον ἑκάστην φησὶν εἶναι, σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι, ἀπὸ δὲ Θηβαΐδος μέχρι Συήνης ἑξήκοντα. Hinc ergo colligo, Ægyptiis aliam quidem atque aliam fuiſſe Schœnum, ſtadium vero ſemper idem, nempe paſſus CXX. ſiue ſexcentos pedes Ægyptiacos. Primus ergo Schœnus capit Ægyptiaca ſtadia triginta, Attica 34$\frac{1}{5}$. Secundus Ægyp. quadraginta, Attica 45$\frac{3}{5}$ Tertius Ægypt. ſexaginta, Attica 68$\frac{2}{5}$. Quartus denique 120. Attica 36$\frac{4}{5}$.

XXXVII.

Stathmus eſt fere diei vnius iter complectens circiter quaternos paraſangas ſtadia CXX. Herodot. lib. 2. numerat à Sardibus ad Halyn σταθμοὺς viginti, παρασάγγας XCIII. S. Hinc ad Ciliciæ initium σταθμοὺς 28. Paraſangas centum & quatuor. Hinc ad Ciliciæ finem σταθμοὺς tres, paraſangas 12$\frac{1}{2}$. Hinc ad Armeniæ finem σταθμοὺς quindecim, paraſangas quinquaginta ſex cum ſemiſſe. Inde vſque ad ματιηνῆς finem ſtathmos 14. ſeries epilogiſmi poſtulat vt legamus 34. pro 14. & ſuppleamus paraſangas 138. Hinc Suſas vſque Stathmos centum & vndecim, paraſangas quadraginta duos & ſemis. Colliguntur, inquit, σταθμοὶ ἕνδεκα καὶ ἑκατὸν, Paraſangę 450. Stadia tredecim millia quingenta, dies nonaginta. Ex hoc epilogiſmo colligere potes, Perſas aliquando vno die conficere ſolitos duos ſtathmos, cum Sardibus Suſas vſque numerentur Stathmi centum, & vndecim, dies vero nonaginta. Et vero quid facilius quam ſingulis diebus conficere ſtadia centena quinquagena? Paraſangas quinos, ac proinde nonaginta diebus ſtadia 13500. paraſangas 450. cum etiam quadringenta ſtadia Attica non incommode conficere poſſit viator expeditus, hoc eſt, Leucas Gallicas circiter 18. Pauſannias: φωκικοῖς λιλαία, inquit, ἡμέρας μὲν ὁδὸν ὥρᾳ χειμῶνος ἀπέχει δελφῶν κατὰ τοῦ διὰ τοῦ παρνάσου, στάδια δὲ τεκμαιρόμεθα εἶναι ὀγδοήκοντα τοῦ ὁδοῦ καὶ ἑκατὸν. Quod ſi paraſanga complectatur triginta ſtadia Perſica, Attica 36. tum quinque paraſangæ commode ſtathmum efficient, hoc eſt, quantum itineris vel hyberno die confici facile poteſt, puta ſtadia Perſica 150. Attica 180. vt hic vult Pauſannias.

XXXVIII.

Gradus Geometricus quid ſit, & quantus ſit terrę ambitus, inquirere difficilis quidem, ſed nobilis eſt labor. Chriſtophorus Clauius in ſua ſphæra ſeptem recenſet varias hac de re ſententias, quas hic vno diagrammate ſubiicere oculis non pigebit, idque per ſtadia.

F *Quantitas*

	Quantitas vnius gradus.	*Terræ ambitus.*	*Terræ diameter.*
1. Ariſtoteles	$1111\frac{1}{9}$	400000	$127272\frac{8}{11}$
2. Hipparchus	$769\frac{4}{9}$	277000	$88136\frac{4}{11}$
3. Eratoſthenes	700	252000	$80181\frac{9}{11}$
4. Fernelius	$544\frac{187}{500}$	$196114\frac{8}{27}$	$62400\frac{2}{275}$
5. Ptolemæus	500	180000	$57272\frac{8}{11}$
6. Alphraganus	$453\frac{1}{3}$	163200	$51927\frac{3}{11}$
7. Recentiores	424	152640	$48567\frac{3}{11}$

Idem Clauius præſtat in milliaribus, quod breuitatis ergo omittimus. Licet igitur Clauius diſerte non moneat, de quibus paſſibus loquatur, tamen res ipſa docet, verba ipſius intelligenda eſſe de paſſib. Romanis, Stadiis Acticis. Addit Clauius : *Etiamſi conentur quidam conciliare ſententias iſtas, tamen nullam poſſe concordiam inter has omnes opiniones reperiri, & tres priores omnino tanquam falſas ab omnibus reiici, Fernelianam à paucis probari. Pleroſq; in Alphragani aut Ptolomæi ſententiam pedibus ire.* Hæc ille. At ſi non omnes, ſaltem aliquot inter ſe conciliari poſſe videntur, & eſt res non indigna, quæ tentetur.

Primum ergo, etiamſi maris & terræ globus κυκλοειδῆ tantum figuram efficiat, tamen conſiderandus eſt nobis tanquam vere circularis, ac ſi collibus depreſſis, & vallibus erectis, rebus vndique compenſatis ad legitimam perfecti circuli formam reductus eſſet.

Præterea videtur id quaſi tacito plerarumque nationum conſenſu pridem receptum, vt gradui tribuantur quingenta circiter ſtadia, ſiue paſſuum ſexaginta, pedum trecenta millia. Antiquiſſimi rerum aſtrologicarum indagatores ſunt Ægyptii & Babylonii. Potuit ergo Eratoſthenis hęc eſſe ſententia, vnicuique gradui tribuenda eſſe tricena circiter pedum Babyloniorum millia, quæ conficiunt Attica $666\frac{2}{3}$. ſed ipſe ad numeri rotundationem ſumpſit ſtadia ſeptingenta, atque ita definiit ambitum terrę ſtadiis 252000. Id cum verum eſſe crederet Dionyſodorus, hinc collegit ſemidiametro terræ tribuenda quadraginta duo ſtadiorum millia, ac ſi ſemidiameter ſit pręciſe circumferentiæ ſextans. Alii vero cum ſcirent vero propius eſſe, ſi dicas ſemidiametri ad circumferentiam eam eſſe rationem, quæ ſeptem ad quadraginta quatuor, ita argumentabantur, ſi ſemidiametro terrę tribuantur ſtadiorum XLII M. tum toti terræ ambitui tribuenda erunt non 252000. ſed duodecim inſuper ſtadiorum millia, id eſt, 264000. Hæc à Plinio, ad alia properante,

vel

vel ea, quæ ab aliis excerpebat, non satis intelligente, perturbate narrantur. *Funus* (inquit) *duxere Dionysodoro propinquæ, ad quas pertinebat hereditas. Eæ, cum secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam. Peruenisse eum à sepulchro ad infimam terram, esseque eo stadiorum quadraginta duo millia. Nec defuere Geometræ, qui interpretarentur significare epistolam à medio terrarum orbe missam, quo deorsum à summo longissimum esset spatium, & idem pilæ medium. Ex quo secuta computatio est, vt circuitu ducenta quinquaginta duo millia stadia pronuntiarent. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibiipsam congruere, addit huic mensuræ stadia XII. millia*, vt in margine recte scribitur, non autem VIIM. Hæc Plinius. Sed profecto ficulneus sit necesse est, qui non agnoscit putidum ineptissimi Græculi figmentum, quo non modo viuus, sed & mortuus viuis fucum facere cogitauit Dionysodorus bipedum vanissimus. Sed non est, quod in his diutius immoremur. Quod si vnicuique gradui tribuantur quingena stadia Babylonia, id efficiet Hebraica, Persica, Siculaue stadia quadringenta & quinquaginta, quod proxime accedit ad sententiam Alphragani.

Ægyptii autem, vt & Babylonii, tribuebant quidem gradui cœlesti trecenta pedum millia, sed suorum non Babyloniorum, stadia, inquam, non Babylonia, sed Ægyptiaca quingenta, ἡμιστάδια mille, ea conficiunt Attica stadia 570. ἡμιστάδια 1140. Itaque totus ambitus terræ erat Ægyptiacorum stadiorum 180000. ἡμισταδίων 360000. Atticorum stadiorum 205200. ἡμισταδίων 410400. pro quo Aristoteles rotundato numero contentus scripsit, εἰς τετταράκοντα μυριάδας ἡμισταδίων. Sic enim legendum, res ipsa conuincit. Quis enim credat, tantum Philosophum & cæteros, quos ipse laudat suæ sententię auctores quamplurimos adeo stolidos fuisse, vt vnius gradus longitudinem & orbis ambitum duplo, aut etiam triplo, quam par sit, maiorem facerent? At, inquies, cur ἡμιστάδιον potius meminerit, quam σταδίων, quia ἡμιστάδιον complectitur sexaginta passus. Numero autem sexagenario quantopere gaudeant Astrologi, nemo ignorat verba Arist. habentur lib. II. de cœlo, sub finem, τῶν μαθηματικῶν ὅσοι τὸ μέγεθος ἀναλογίζεσθαι πειρῶνται τῆς περιφερείας εἰς τετταράκοντα λέγουσιν εἶναι μυριάδας σταδίων, legendum, (vt dixi) ἡμισταδίων. In eadem cum Aristotele sententia fuisse Ptolomæum, non dubito. Quum enim Ptolomæus quingenta gradui stadia tribuit, hominem Alexandrinum de Alexandrinis potius, quam de Atticis stadiis locutum, vero consentaneum est. Quid, quod stadiorum omnium celeberrimum olympicum Attico maius fuit, &, vt credere par est, Alexandrino aut Babylonio æquale, vt supra in stadio monuimus? Plancius in sua Geographia vnicuique gradui

tribuit Leucas Hiſpanicas ſeptendecim & ſemis. Et aliquos noui rei mathematicæ & geographicæ peritiſſimos, qui tum ſua tum aliorum rei nauticæ peritorum experientia freti dicerent, Gallicas quoque Leucas $17\frac{1}{2}$. vni gradui commode poſſe tribui. Sed cum eoſdem rogarem, quam cenſerent eſſe Leucarum huiusmodi longitudinem, ii demonſtrabant interuallum loco patente & plano ſitum, cui, vt minimum, conueniebant quatuor paſſuum Pariſinorum millia. Etiamſi autem Io. Mariana maioribus Leucis Toletanis tribuat tantum quatuor non Pariſinorum, ſed Toletanorum paſſuum millia, tamen certum eſt, eſſe in Hiſpania Leucas prægrandes, quę capiant vt minimum quatuor non Toletanorum, ſed Pariſinorum paſſuum millia. Hac ratione vnicuique gradui conuenient ſeptuagena paſſuum Pariſinorũ millia, pedum vero 350000. Rurſus cum gradui tribuat Plancius Leucas Germanicas & Gaſconicas quindecim, Sueuicas decem, ſequetur, vt Sueuicis Leucis tribuantur ſeptem Pariſinorum paſſuum millia, Germanicis $4666\frac{2}{3}$. At certum eſt, Leucis illis non poſſe minorem tribui longitudinem. Cum ergo idem Plancius, Ioſephus Moletus, Hieronymus Ruſællius, &c. vnicuique gradui tribuunt ſexagena millia paſſuum, ac proinde trecena pedum millia, id intelligendum erit non de Romanis aut Hetruſcis pedibus & paſſibus, ſed de iis, qui in Piceno, Ducatu Vrbini, & forte in Venetorum ditione vſurpantur. Diximus autem à Magio pedem Vrbinatem ita pingi, vt ei conueniant vnciæ pollicis Roman. 185. quales pedi Pariſino conueniunt centum & ſexaginta. Sexaginta igitur pedum Vrbinatum millia conficient circiter ſeptuaginta pedum Pariſinorum millia. Fernelii ſententia proprie hæc eſt. Ait, ſe carpento de induſtria confecto rotarum reuolutionibus numeratis, cum Lutetia Boream verſus iter inſtituiſſet, comperiſſe vni gradui conuenire circiter Leucas Gallicas viginti quinque. Leuca Gallica, vt minimum, conſtat paſſibus Pariſinis 2400. Si ergo ei tribuantur paſſus Pariſini 2400. colligentur ſexaginta pedum Pariſinorum millia. At ſi gradui tribuantur ſeptuaginta pedum Pariſinorum millia, Leucæ Fernelianæ tribuendi erunt paſſus Pariſini 2800. Ita, ſi vnum Hipparchum excipias, ſiue veterum, ſiue recentiorum ſententias conſideres, videmus, eo fere omnes concurrere, vt vnicuique gradui tribuant, qui plurimum, Babyloniorum, qui minimum, Pariſinorum paſſuum ſexagena millia, ac proinde ambitus terræ complectetur centum octoginta ſiue Babyloniorum, ſiue Ægyptiacorum, ſiue Atticorum aut Pariſinorum ſtadiorum millia, paſſus 21600000. pedum ad ſummum Babyloniorum, vt minimum Pariſinorum aut Atticorum

corum centum & octo milliones, vel, vt Latine loquar, passuum ducenties decies sexies centena millia, pedum vero millies octuagies centena millia, siue eos Babylonios, siue Parisinos, aut etiam Atticos esse malis, siue aliquos ex intermediis.

MENSVRÆ CVBICÆ.

Definit		*Vncia Romana tritici.*
1. Mystrum Paruum	Romanum	$\frac{5}{8}$
2.	Atticum	$\frac{25}{36}$
3. Olyschium Rom.		$1\frac{1}{14}$
4. Cya-	Rom.	$1\frac{1}{4}$
5. thus	Atticus	$1\frac{7}{18}$
6. Acetabulum	Roman.	$1\frac{7}{8}$
7. Oxybaphum	Atticum.	$2\frac{1}{12}$
8. Mystrum Magnum	Romanum.	$2\frac{1}{2}$
9.	Atticum.	$2\frac{7}{9}$
10. Quartarius	Romanus.	$3\frac{3}{4}$
11. Tetartum	Atticum.	$4\frac{1}{6}$
12. Kartub Heb.		$5\frac{5}{8}$
13. Hemina	Romana	$7\frac{1}{2}$
14 Cotyla	Attica	$8\frac{1}{3}$
15. Libra mensuralis, Rotulus.		10
16. SE	Heidelbergicus.	$12\frac{1}{2}$
17. X	Toletanus.	$12\frac{3}{4}$
18. TA	Parisinus.	$13\frac{1}{2}$
19. RI	Roman. & Log. Heb.	15
20. VS	Att. Dreiling Heidelbergic.	$16\frac{2}{3}$
20.	Ægyptiacus. Hinium.	$18\frac{3}{4}$
21.	Sedanensis. Litro Par.	20

22.1.Chœnix opilionum.	$22\frac{1}{2}$
23.2.Chœnix bilibris.	24
23.3.Pinta Parisina.	27
24.3.Chœnix, Pondion Hebr.	30
25.CH { 4.Attica.	$33\frac{1}{3}$
25.OE { 5.Trilibris.	36
{ Hyphe Ægypt.	$37\frac{1}{2}$
26. N { 6.Vinitorum.	45
26. I { 7.Quadrilibris	48
27. X { 8.Georg. Mas Heid.	50
28.Azumber, congius Tol.	51
29. Quadrans vini Par.	54
30.Kab Heb.Capitha Perſ.	60
31.Quadrans tritici Par.	81
32.Congius { Romanus.	90
33.Chus { Att.Infel Heid.	100
34.Homer, Aſſaron Heb.	108
35.Celemin Toletanus	$127\frac{1}{2}$
36.Hemiectum At. OEphin Æg.	$133\frac{1}{3}$
37.Dadix, Chus Æg. & Georg.	150
35.Aporryma.Theb. Hin, Chus, Heb.	108
39.Vierteil Heidelb.	200
40.Sextarius Vini Par.	216
41.Modius Rom.Congius Bab.	240
42.Hecteus Atticus	$266\frac{2}{3}$
43.Cophinus Syr. & Theb.	270
44. M { Pariſ. Boſſellus.	324
45. O { Syr.Bab.Heb.Satum.	360
45.DI { Atticus.	$362\frac{1}{2}$
46.VS { Ægyptiacus.	375
47.Simmer Heid.	400
47.Arroba, quadrantal Tolet.	408
48.Modius Siculus.	480
49.Amphoreus Georg.	600

50.Am-

50. Amphora Rom. Dorach.	720
51. Ceramium Attic. Werntzel Heid.	800
52. Quadrantal Parisinum.	972
53. Maris Perſ. Bab.	1000
54. Epha, Bat Heb. Cadus Rom.	1080
54. Metretes Atticus.	$1083\frac{1}{3}$
55. Metretes Æg. & Georg.	1200
56. Medimnum Siculum, Selah.	1440
57. Faneca Tol.	1530
58. Medimnus Atticus.	1600
58. Medimnus Georg. & Æg.	1700
59. Artaba Perſ. Bab.	1800
60. Batillus Rom. Quadrantal Bab.	1920
61. Medimnus Pariſinus.	1944
62. Ohme Heidelberg.	2400
63. Malder Heidelberg.	3200
64. Sextarius tritici Par.	3888
65. Letec Heb.	5400
66. Moius vini Par.	8100
67. Chomer, Corus Heb.	10800
68. Culeus Rom.	14400
69. Botta Rom.	15360
70. Fuder Heid.	24000
71. Moius vini Tol.	10200
72. Cahis tritici Tol.	18360
73. Modium maius Par.	46656
74. Achana Perſ. Bab.	72000

DE

DE MENSVRIS CVBICIS

PRÆFATIO.

CViusuis operis laus peti solet à rei vtilitate, difficultate, & certitudine. Auaro nihil vtile videtur præter χρηματισμόν. Sapientiæ Studioso nihil inutile videtur, quod ad comparandam, aut etiam ornandam sapientiam conferre potest. Præcipua sapientiæ magistra est historia. Quidquid ergo ad historicę antiquitatis illustrationem facit, etiam ipsi Sapientiæ facem aliquam accendit. In eo vel maxime differt ingenuus & liberalis animus à sordido, quod mercator indocilis pauperiem pati nullum laborem, nullum periculum recusat, dum possit cum sui sæculi hominibus sub vtroque sole, & vtroque polo agentibus negotiari. Animo nobili nihil est antiquius, quam vt possit liberum & quam plenissimum cum antiquitate habere commertium.

Vt igitur in historiæ serie id vel maxime optat, vt sciat rei auditæ vel lectæ tempora inter se & cum suis connectere, ita in ipsis, quæ narrantur, rebus, simul ac drachmæ, talenti, iugeri, stadii, congii, vel medimni vocabula, , aut his consimilia audit, continuo etiam nolentem animum stimulat cupido noscendi, quid hæc sibi velint, quid affine habeant cum iis vel nummis, vel mensuris, quibus quotidie vtimur: alioqui Cyclopis instar μονόφθαλμος, aut etiam cæca videtur historia. Enimuero quomodo possum animo concipere, aut Crœsi opes, aut Alexandri liberalitatem, aut Caligulæ profusionem; & quæcunque spectant δόσιν καὶ λῆψιν, si harum rerum vocabula mihi sunt vel penitus ignota, aut tantum confuse cognita? Sed frigida hæc videbuntur omnia iis, quibus anima oneri est, qui nullas nisi corporis voluptates aut vtilitates norunt. Et horum quidem Epicuri de grege porcorum rationem nullam habendam esse fatebitur, quicunque se hominem esse meminerit. Sciant tamen etiam illi hic esse quod metant. Nam quanto petulantius medicinæ προφυλακτικὴν spernit luxuria, tanto sæpius ad θεραπευτικὴν confugere cogit crapula. Medicinę autem præcipuus thesaurus est in scrinio antiquitatis.

Non parum ergo interest, vt si non ipsi, saltem Medici, quibus vtuntur, frequentissima omnium suæ artis vocabula non ignorent, cum multa occurrant, in quibus non modo scripuli, sed & granuli vnius aberratio

erratio. Plurimum vero & corpori poteſt officere. Ita non modo Ariſto-
teles aliquis aut Cato, ſed & Epicurus & Craſſo vel locupletior vel ra-
pacior fateri cogetur, non inutilem eſſe operam, quæ huius antiquitatis
indagationi impenditur. Difficultatem operis indicant eruditiſſimorum
noſtri temporis virorum labores & vigiliæ. Quo enim plures ea de re
ſcribunt, eo acrius inter ſe certant, & adhuc ſub Iudice lis eſt. Præcipua
difficultatis cauſa eſt vocabulorum homonymia, in qua explicanda ne-
gligentiſſimi fuerunt veteres. Verbi cauſa, duplex eſt Sextarius, Atticus
& Romanus. Alter Romanum, alter Atticum definiet, vterque Sexta-
rium ἁπλῶς nuncupabit. Præterea, eſt qui dicat, *Sextarius capit vncias*
octodecim, alter, *vncias viginti*, cum dicere debuiſſent: Sextarius Rom. capit
vncias olei octodecim, vini viginti. Sextarius Atticus pendet vncias olei
viginti, aquę viginti duas & ſemis &c. Præterea cum ipſum quoque vn-
cię vocabulum ſit homonymum, plerique recentiorum ita agunt, ac ſi
eædem ſint vnciæ noſtrates cum priſcis. Poſtremo non ſatis conueniunt
auctores, quænam ſit inter oleum, vinum, aquam, & mel proportio in
ratione ponderis. Neq; mirum. Eſt.n. oleum oleo, vinum vino, mel mel-
le grauius. Itaque Agricola deſpondit animum, atque putauit ex harum
rerum pondere vlla poſſe ſatis certa elici argumenta. Difficultatem de-
nique operis auget, maxime in re menſuraria, tum menſurarum mul-
titudo, tum paucitas veterum, qui de ea re ſcripſerunt. Nam & menſu-
rarum quam ponderum genera plura ſunt. Et pauciores ſunt, qui de
menſuris, quam qui de Ponderibus egerint. Veterum, inquam, pauci &
paucis ὡς πάρεργον ἐν παρόδῳ rem illam tractant. Ita breui & confuſa o-
ratione nodos nectunt potius, quam ſoluunt. Adde quod nummi vete-
rum multi ad nos vſque peruenerunt. Menſuras autem ſui quoque op-
pidi multi ignorant. Alterius regionis & populi vix quiſquam eſt qui no-
rit, aut cauſam eſſe putet, cur ſcire laboret. Tantum abeſt, vt in veterum
menſuris conquirendis & aſſeruandis quiſquam vllum operæ pretium
eſſe duxerit. Sed videndum, ne, quo pluribus verbis rei difficultatem e-
narramus, eo magis de doctrinæ noſtræ veritate diffidat lector. Supereſt
ergo, vt præcipua rationum noſtrarum firmamenta hic proponamus.

Primum ergo, cum accuratiſſimi quique Scriptores menſuras ita
definiant: Sextarius pendet vncias olei 18. vini 20. &c. Prima cura fuit,
vt pondera antiquorum cum noſtris quam accuratiſſime compararе-
mus. In quo, quam feliciter operam nauauerimus, lectorum eſto iudi-
cium. Labori certe non pepercimus. Præterea hæc quoque cura fuit ſuſ-
cipienda, vt liquorum & granorum aliquot pondera inter ſe conferre-
mus. In quo, ſi quis veluti βάναυσον & ſordidam hanc operam noſtram

G ludi-

ludibrio habet, sciat nihil sordidum esse, quo veritas illustratur, etiam agros stercorare non pudet, dum ex iis triticum demetamus. Nos itaque etiam minutissimas minutias expendere, & ad ea, quæ ab ingenio nostro quam alienissima erant, nos demittere non piguit, dummodo veritatem hanc, quam venamur, siue in lustro, siue in puteo latitantem, deprehendere liceat Postquam ergo tum experimenta quamplurima, tum veterũ placita diu multumque inter se contulimus, id nobis visum est rationi conuenientissimum, vt dicamus inter siliginem & triticum eam esse rationem, quæ inter nouem & decem, inter triticum & oleum eam, quæ inter quinque & sex, inter oleum & vinum eam, quæ inter siliginem & triticum, hoc est, eam quæ inter nouem & decem, inter vinum & mel, eam quæ inter 20. & 27. Hoc modo etiam Galenus & Cleopatra solent rationes instituere. Quod autem Dioscorides, Diodorus, & Agricola inter vinum & mel rationem sesquialteram statuunt, qualis est inter viginti & triginta, vel inter duo & tria, id falsum esse non dubitamus. Causa erroris orta ex confusione mensurarum Atticarum cum Romanis, verbi gratia: Legerant illi, Sextarium pendere viginti vncias vini, mellis triginta: hoc quidem vere, sed confuse dictum est. Nam sextarius quidem Romanus pendet vncias vini viginti, sed mellis 27. Sextarius Atticus pendet quidem vncias mellis triginta, sed vini viginti duas, & aliquanto plus. Video multos ita sentire, ac si inter aquam & aquam multum sit discriminis, vt optimam quamque leuissimam esse statuant. Ego aquam è puteo haustam nihilo grauiorem comperi aqua è fonte hausta. Et Ioan. Temporarius testatur, se Blesis aquam cœlestem nihilo leuiorem comperisse aqua fontana. Idem aqua vinum leuius esse affirmat non nisi parte trecentesima & sexagesima. Itaque Fannius parum referre censet:

Seu puros fundas latices, seu dona Lyæi.

Ideo nos quoque, vt inter aquam & triticum, sic inter vinum & triticum promiscue rationem sesquitertiam statuimus, vt triticum primæ bonitatis dodrantem aquæ pendat, triticum paulo leuius non aquæ, sed vini dodrantem pendat. Quod si definiendum sit, quænam sit differentia inter aquæ & vini pondus, nescio, an Temporario credere debeam dicenti non esse maius discrimen, quam inter 360. & 361. quod sane, vt in his rebus, non esset vllius momenti. Nisi quis dicat, aquas Blesenses nostris esse leuiores, ac proinde propius ad vini pondus accedere. Crediderim potius Temporarii experimento vel calamo subesse mendum aliquod.

Ego igitur dico, inter aquam & vinum, (idque non leuissimum) eam vt minimum esse differentiam, quæ inter 80. & 81. Itaque cum vinum

num oleo nona parte grauius esse dixerimus, aquam oleo, non nona, sed octaua parte grauiorem esse dicemus. Vt igitur hæc omnia simul componamus: Sume vas quod siligine plenum pendat vncias 162. id pendebat vncias tritici 180. olei 216. vini 240. aquæ 243. mellis 324. Et, vt id quoque addamus, idem vas hordeo plenum pendebit vncias circiter centum quinquaginta. Contra idem vas argento viuo plenum pendebit vncias 3280. vt argentum viuum hordeo sit plus quam viceecuplo grauius. Neque vero dubitamus, quin oleum oleo sit grauius, triticum tritico, hordeum hordeo, mel melle, &c.

Sed primum nos intelligimus triticum hornum & optimum, ac proinde grauissimum, contra oleum optimum, ac proinde leuissimum. Deinde id sequimur, quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ verum esse credimus, tum veterum auctoritate, tum nostra ipsorum experientia adducti. Postremo etiam facilitatis habenda est ratio aliqua, vt non modo id eligas, quod vero proximum videtur, sed & subductionum commoditati consulas, ne rem plus satis pertricosam magis ac magis inuoluas.

Vltimum vero & validissimum demonstrationum nostrarum firmamentum hoc est. Superiore libro docuimus, quænam sit longitudo pedis Attici, Romani, Syriaci, &c. Et vt de Syriaco, Persico, Babylonio, &c. dubitare possis, certe non est, quod de Romano aut Attico dubites.

Confice ergo tibi quadrantal ex pede integro, congium ex semipede Romano, si vasa illa respondeant olei, vini, triticique ponderi, quod ab antiquis traditur, poterisne dubitare, quin & de ponderibus & de mensuris Romanis vera docuerimus? Idem experire in quadrantali & congio Attico. Eandem doctrinæ nostræ fidem comperies. Vbi de Romanis & Atticis mensuris constabit, de reliquis plerisque dubitare vix licebit, cum eæ à veteribus, modo cum Romanis, modo cum Atticis mensuris, modo cum vtrisque comparentur. Et illa ipsa, quæ de pede Babylonio, Hebraico, Syriaco & Ægyptiaco diximus, vbi cum cubicis istis, mensuris comparabuntur, fidem, si non apud omnes, saltem, ni fallor, apud multos inuenient, cum ne probabile quidem sit, huiusmodi concentus esse plane fortuitos, & falso potius quam vero suffragari. Atque adeo, etiam vbi nos industria & ratio fugit, diligentiam tamen vel laudabunt, vel boni consulent æqui lectores. Hoc certe bona fide profiteri possumus nullam aliam, neque messem, neque finem hic nobis propositam, præter ipsius veri indagationem. Vbi scopum attigero, satis amplam mei laboris mercedem reportauero, vbi sequius res successerit, recordabor me hominem esse, cui nihil magis proprium est,

quam labi, errare, decipi. Qui posthac rectiora docuerint, & illis, & veritati gratulabor. Cum autem veritas sit Dei filia, Deum Patrem luminum veneror, vt ingenii mei tenebras Spiritus sui luce discutiat, Amen.

CANONES MENSVRARII.

I. Pollices Attici.

Tritici vnciæ Rom. 25. implent Pollices Atticos 54. Quinq; olei vnciæ pollices nouem. Octo vini vnciæ pollices tredecim. Quinque aquæ vnciæ pollices octo. Quinque mellis vnciæ pollices sex.

II. Pollices Romani.

Quinque tritici vnciæ Rom. duodecim pollices cubicos Rom. implent. Singulæ olei vnciæ pollices duos, quinque vini, vnciç pollices nouem, tres mellis vnciæ pollices quatuor.

III. Pollices Hebraici vel Persici.

Quinque tritici vnciæ Rom. sex pollices Hebraicos implent, decem vini vnciæ pollices nouem, tres mellis vnciæ pollices duos. Singulæ olei vnciæ singulos pollices. Atque hæc causa est, cur in diagrammate mensuratum Hebraicarum pollices Hebraicos separatim non apposuimus, sed eorum loco pollices Atticos substituimus.

IV. Pollices Ægyptiaci.

Viginti quinque tritici vnciæ Roman. triginta sex pollices Ægyptiacos implent, quinque olei vnciæ pollices sex, viginti quinque vini vnciæ pollices viginti septem, quinque mellis vnciæ pollices quatuor.

V. Pollices Syriaci.

Quinque tritici vnciæ Rom. octo pollices Syriacos implent; tres olei vnciæ pollices quatuor, quinque vini vnciæ pollices sex, nouem mellis vnciæ pollices octo.

VI. Pollices Babylonii.

Decem tritici vnciæ Rom. nouem pollices Babylonios implent, quatuor olei vnciæ pollices tres, quadraginta vini vnciæ pollices 27. duæ mellis vnciç pollicem vnum.

VII. Pollices Parisini.

Singulæ tritici vnciæ Parisinæ duos pollices Parisinos implent, sexdecim olei vnciæ pollices 27. Duç aquæ vnciæ pollices tres, octo mellis vnciæ pollices nouem, singulæ mellis vnciç Romano singulos pollices Parisinos.

VIII. Pol-

VIII. Pollices Sedanenses.

Parisina tritici vncia implet tres pollices Sedanenses, quatuor vnciæ vini pollices nouem, &c.

IX. Pollices Heidelbergici.

Quinque tritici vnciæ Heidelbergicæ sexdecim pollices Heidelbergicos implent, tres olei vncię pollices octo, quinque vini vnciæ pollices duodecim, nouem mellis vnciæ pollices sexdecim, viginti quinque tritici vnciæ Rom. septuaginta duos pollices Heidelbergicos, quinque olei vnciæ pollices duodecim, &c.

X. Pollices Toletani.

Duæ tritici vnciæ Toletanę nouem pollices Toletanos implent, quatuor olei vnciæ pollices Toletanos quindecim, octo vini vnciæ pollices viginti septem, duæ mellis vnciæ pollices quinque, septendecim tritici vnciæ Romanæ pollices Toletanos septuaginta duos, septendecim vini vnciæ Rom. pollices Toletanos quinquaginta quatuor.

CANONVM MENSVRARIORVM confirmatio.

I. Pollices Attici.

Si quis postulet, vt singulos, quos hactenus recensuimus, canones, peculiari aliquo experimento confirmemus, is profecto rem iniquam exigat. Quis enim tam proiectæ patientiæ esse possit, vt in singulis illis ad statheram expendendis tempus & operam collocet? Æquus Lector agnoscet plus satis sufficere, si in pauculis quibusdam experimento facto ex iis analogiæ beneficio reliqua συμπεράσματα colligamus, Ad eam rem commodissimus omnium est pes Atticus, propter numeri rotundationem. Superiore libro diximus, plerosque populos ex suo quemque pede mensuras cubicas confecisse. Verbi gratia: Athenienses ex suo pede cubico confecerunt κεράμιον, ex semipede χοῦν siue χόα, ex palmo cotylam Georgicam. Cotyla hæc est octaua pars χόος, χοῦς vero κεραμίου. Atq; eandem fere rationem apud plerosque populos inuenias. Diximus quoque, quænam sit proportio inter pedem Atticum, Romanum, &c. siue simplicem, siue quadratum, siue cubicum. Ex his principiis reliqua sunt colligenda. Ex palmo igitur Attico cubico cotylam confici iussi, hanc aqua plenam comperi pendere vncias Parisinas aquæ $14\frac{1}{2}$. tritici $10\frac{7}{8}$. quę conficiunt vncias Rom. aquæ $16\frac{4}{7}$. tritici $12\frac{3}{7}$ pro quo ad subductionis facilitatem sumimus $12\frac{1}{2}$. siue duodecim & semis. Ita congius præcise

 pendebit

pendebit vncias Romanas tritici centum. Ceramium siue quadrantal octingentos, id deinceps nobis erit instar fundamenti.

II. Pollices Romani.

Si congius Atticus pendet vncias Rom. tritici centum, cum inter Atticum & Rom. cubum ea sit ratio, quæ inter 13834. & 15625. omnino congius Romanus pendebit vnciasRom.tritici $88\frac{225}{625}$. AtCongius Romanus, quem confici iussi, pendebat tritici libras Parisinas quatuor, vncias tredecim cum semisse, hoc est, vncias Parisinas in vniuersum septuaginta septem cum semisse, quæ conficiunt vncias Rom. $88\frac{4}{7}$. Idem congius aqua plenus pendet circiter vncias Parisinas 103. Roman. 118. Sed Romani consulto congium Cylindricum cubico aliquanto capaciorem confecerunt, vt caperet præcise tritici probi plenas vncias nonaginta, olei 108. &c. & ad eandem rationem reliquas mensuras suas ordinarunt. Methodi finem etiam in Romano, quem confici iussi, sextario expertus sum.

III. Pollices Hebraici.

Si cubi Attici 216. dent Hebraicos 125. cum congius Atticus pendeat vncias Rom. tritici centum, congius Hebræorum pendebit vncias $172\frac{4}{5}$. palmus vero $21\frac{3}{5}$. At palmum Hebraicum, quem confici iussi, cõperi pendere vncias Parisinas tritici circiter nouendecim, aquæ $25\frac{1}{3}$. Romanas aquæ $28\frac{20}{21}$. tritici $21\frac{5}{7}$. Denique cubicus Hebræorum palmus pendebat circiter vncias Rom. tritici $21\frac{9}{28}$. Congius $172\frac{1}{2}$. quadrantal 1380. Sed vt Romani, sic & Hebræi consulto Cylindricas mensuras cubicas aliquanto capaciores fecerunt, & ea quidem ratione, vt viginti tres congii Cylindrici capiant cubicos viginti quatuor: ita effectum est, vt palmus cubicus caperet vncias tritici $22\frac{1}{2}$. Congius 180. quadrantal 1440. siue libras Romanas, congius quindecim, quadrantal centum & viginti, & ad eandem rationem reliquas qunque mensuras accommodarunt.

IV. Pollices Ægyptiaci.

Si cubi Ægyptiaci 185193. æquant Atticorum centum viginti quinque millia, cum congius Atticus pendeat vncias tritici centum, congius Ægyptiacus pendebit vncias $148\frac{193}{1250}$. At palmus Ægyptiacus, quem confici iussi, pendere compertus est vncias Parisinas aquæ $21\frac{5}{8}$ Romanas $24\frac{5}{7}$. ac proinde tritici $18\frac{11}{28}$ Ita congius Ægyptiacus pendebit vncias Rom. tritici 149. Nos vero ad methodi commoditatem sumpsimus plenas vncias centum quinquaginta.

V. Pollices

V. Pollices Syriaci.

Si pollices Syriaci 421875. ęquant Atticos 571787. vncię centum Attici congii Syriaco congio dant vncias 1361. & aliquantulo plus, quod ad facilitatem subductionis omittimus.

VI. Pollices Babylonii.

Cum cubi Babylonii 27. dent Atticos 64. sequitur, vt vnciæ centum Attici congii Babylon. dent vncias $237\frac{1}{2}$. Sed vt Hebræi, sic & Babylonii congium Cylindri cum cubico capaciorem fecerunt, ea ratione vt viginti tres Cylindrici capiant cubicos viginti quatuor, aut circiter, idque vt congius Babylonius caperet præcise tritici Romanas vncias ducentas & quadraginta, quot olim modius Rom. & etiamnum hodie Romæ, mensura illa, quam ob hanc causam vocant congitellum.

VII. Pollices Parisini.

Cum ea sit inter cubicum pedem Parisinum & Atticum ratio, quę inter 3375. & 4096. & quadrantal Atticum capiat octingentas tritici vncias Roman. sequitur, vt quadrantal Parisinum capiat vncias Roman. $970\frac{122}{135}$. hoc est, fere 971. Temporarius ait, se iussisse confici quadrantal Parisinum, ac comperisse pendere vncias aquæ Parisinas 1102. ac proinde Parisinas vncias tritici $826\frac{1}{2}$. Romanas $944\frac{4}{7}$. hoc est, circiter 26. vncias minus q̃ postulat epilogismorum nostrorum analogia. Omnino igitur quadrantal Temporarii fuit iusto breuius. Itaque consulto iussi mihi Parisinum quadrantal confici, quam accuratissime potui. Id tritico plenum pendebat vncias Parisinas $851\frac{1}{2}$. Romanas 972. quod proxime accedit ad id, quod requirebat epilogismorum nostrorum analogia. Sed vt Hebræi, Babylonii, Romani, sic & Parisienses Cylindricum quadrantal cubico paulo capacius fecerunt, vt pendere posset libras Parisinas tritici quinquaginta quatuor, aquæ septuaginta duas.

VIII. Pollices Sedanenses.

Si cubici pedes Attici 2685619. æquant Sedanenses 3375000. sequitur, vt congius Sedanensis capiat vncias Romanas tritici vndeoctoginta, & aliquanro plus, ac proinde palmus fere decem vncias. Palmus vero Sedanensis, quem confici iussi, pendet vncias Parisinas tritici octo cum quinque octauis, aquæ vndecim cum semisse. Vncias vero Romanas tritici $9\frac{6}{7}$ aquæ $13\frac{1}{7}$ pro quibus numeris decurtatis sumpsimus plenas vncias Rom. decem, tritici, vnciæ tredecim & semis, olei duodecim, mellis octodecim. Sed Sedanenses, vt & Romani, Hebræi, &c. palmũ suum Cylindricum, quem semisextariolum vocant, cubico paulo maiorem esse voluerunt, vt caperet vncias Parisinas tritici nouem, vini duodecim, mellis

mellis ſexdecim. Congius vero, quem ipſi potum vocant, libras tritici quatuor & ſemis Pariſinas, vini ſex, mellis octo. Hæc tum à me, tum ab aliis in hac vrbe tot experimentis comprobata ſunt, vt dubitari non poſſit de ea analogia, quam ſtatuimus inter triticum, oleum, vinum, aquam & mel.

IX.

Si 3375000. cubi Heidelbergici dant Atticos 2571353. centum vnciæ Rom. congii Attici dabunt Heidelbergico congio Romanas vncias $76\frac{6351}{33750}$. Omittamus fragmentum iſtud, ſi congius Heidelbergicus capiens pollices 216. pendet vncias tritici Romanas 76. tum Schopen Heidelbergicus ſiue vas capiens pollices Heidelbergicos 36. pendebit vncias Rom. tritici $12\frac{2}{3}$. pro quo ad ſubductionis facilitatem ſumpſimus vncias $12\frac{1}{2}$. Atque ita Schopen Heidelbergicus fiet eiusdem capacitatis cum Cotyla Georgica, ſiue cum menſura ex Attico palmo confecta, quod ſane verum eſt. Cum enim palmum illum Atticum pridem, puta ab hinc biennio confici iuſſiſſem, nuperrime cum cœpiſſem de Heidelbergicis quoque menſuris percontari, mihi renuntiatum eſt Schopen Heidelbergicum pendere quindecim vncias vini Heidelbergicas. Hinc epilogiſmorum analogia docuit me, quod modo dixi, nempe menſuram hãc Attico palmo plane reſpondere, atque ita reliquas quoque menſuras Heidelbergicas Atticis prorſus pares eſſe. Id cum eſſem admiratus, vt eo certius id teſtari poſſem, tabellario noſtro mandaui, vt menſuram illam nota publica inſignitam, & quam accuratiſſime adęquatam mihi emeret, & huc adferret, quod cum ille pręſtitiſſet, re ipſa comperi, non eſſe ouum ouo ſimilius, formicam formicæ, quam ſit chopina Heidelbergica cotylæ Georgicæ ſiue palmo Attico. Itaque etiamſi methodi cauſa docuerimus, quomodo poſſint Heidelbergicæ menſuræ ex Heidelbergico pede conſtrui, tamen id neceſſe non erat, cum potuerint Germani nulla ſui pedis habita ratione Atticas tum liquidorum, tum aridorum menſuras vſurpare.

X.

Si cubici pedes Attici 64. dant Toletanos 125. ratio poſtulat, vt congius Toletanus capiat vncias tritici Romanas $51\frac{1}{5}$. pro quo ſumpſimus numerum rotundatum, nempe Romanas vncias 51. Toletanas 48. Hæc ita ſe habere nos perſuadet non vlla experientia, ſed epilogiſmorum tantum analogia. Nam neque pedem, neque menſuram vllam cubicam Toletanam vidimus. Sed omnino rationi conſentaneum nobis videtur, vt Arroba Toletana ſit quadrantal Toletanum, Azumber, congius.

Cum

Cum ergo Azumber capiat quatuor vini libras Toletanas, Arroba tritici libras Toletanas viginti quatuor, vt docet Io. Mariana, huic fundamento reliqua superstruximus, quam recte, Hispani ipsi viderint.

DEFINITIONES.

I.

Mystrum paruum Romanum est vasculum habens tres pollices Romanos longitudinis, totidem latitudinis, altitudinis vero sextam pollicis partem, amplitudinis sesquipollicem. Huiusmodi mystra octo tritico plena pendebunt quinque Romanas, vel Atticas vncias. Sunt enim eiusdem ponderis vnciæ Atticæ cum Romanis. Mystra quatuor oleo plena pendebunt vncias Romanas tres. Sex mystra vini vncias quinque. Octo mystra mellis vncias nouem. Galenus: μύστρον μικρὸν ἐλαίου ἔχει ὁλκὰς ϛ´ οἴνου γράμματα κ´. μέλιτος ὁλκὰς θ´. Scrapion: *Mestarum paruum darchimet ((.)drachmas) sex.* Alseir: *Mestarum paruum olei est drachimet VI. Mestarum paruum vini, gormia XX. id est,* γράμματα. *Mestarum paruum mellis, drachimet VIIII.*

II.

Mystrum paruum Atticum est vasculum habens tres pollices Atticos longitudinis, latitudinis totidem, altitudinis sextam pollicis partem, amplitudinis sesquipollicem. Mystra 35. tritici pendent vncias Romanas 25. sex mystra olei vncias quinque, 27. mystra vini vncias 25. mystrum mellis vnciam vnam cum quadrante. Huius dimidia pars dicitur χήμη. Dioscorides: ἡ χήμη (ὅπερ ἐστὶ κυάθου τέταρτον) μέλιτος πλήρης ἄγει δραχμὰς ϛ´. Quod autem Galenus ait: μύστρον μικρὸν ἐλαίου ἔχει ὁλκὰς ϛ´. οἴνου γράμματα κ´. μέλιτος ὁλκὰς θ´. id intelligendum est de mystro paruo Romano, hoc est, de dimidio cyatho Romano. Eodemque modo intelligenda sunt Cleopatræ verba corrupta quidem, sed eodem modo legenda, quo Galeni verba.

III.

Olyschium videtur fuisse mensura Romana, habens tres pollices Romanos latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis duas septimas, amplitudinis duos & quatuor septimas, quatuordecim Olyschia tritico plena pendent quindecim vncias Rom. septem Olyschia oleo plena nouem vncias, vini vero plena decem vncias, quatuordecim denique Olyschia melle plena viginti septem vncias. Marcellus: *Olyschium heminæ septima*

ptima pars, quod facit vnciam vnam, drachmas duas, nempe si oleo impleatur, quanquam pro $1\frac{2}{3}$. sequentium analogia requirit, vt dicas $1\frac{2}{9}$.

IV.

Cyathus Romanus est mensura liquidorum, habens tres pollices Romanos latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis vero trientem pollicis, totius amplitudinis tres pollices. Itaque si tritico impleatur, pendebit vnciam cum quadrante, si oleo vnciam cum semisse, si vino, vnciam cum besse, si melle duas vncias cum quadrante. Plin. lib. 2. c. vlt. *Cyathus pendet per se drachmas decem*: nempe tritico plenus. Diodorus: *Cyathus mystra minora duo tenet, id est, sescunciam*, oleo scilicet plenus. Galenus: ὁ κύαθος ἐλαίου ὁλκὰς ιβ΄. οἴνου οὐγγίαν α. ϛ΄ γράμματα δ΄· μέλιτος ℥ β΄. ὁλκὰς β΄. Cleopatra: ὁ κύαθος ἐλαίου ℥ α. ϛ. οἴνου (lege, ἤτοι) δραχμὰς ιβ΄. (vel lege, οἴνου δραχμὰς ιγ΄. γράμμα α΄.) μέλιτος δραχμὰς ιγ΄. lege, ιϛ΄. Dioscorides: ὁ κύαθος (ὅπερ ἐστὶ κοτύλης ἐκτὸν) ἐλαίου ἄγει ℥ α, ϛ. ὁ κύαθος οἴνου ἄγει ℥ α, ἡμίσειαν, γράμματα δ΄. Serapion: *Choanus est vnc. 15.* Sic corrupte cyathum vocat. Alscir. *Choanus olei drachmet XII. Choanus vini vnc. 1. & medietas: drachmet & tertia. Choanus mellis vnc. 11. & quarta.* Choanus, inquit, vini pendet sescunciam & drachmam cum triente. Serapion Alchantum & Choatium vocat, *Alcanthus est vnc. 15. Choatii 11. sunt vnc. 111.* Alcanthus pro Alcyathus, ὁ κύαθος, vt Acsat pro Alcsat, ὁ ξέστης, & alia sexcenta. Isidorus: *Cyathi pondus decem drachmas appenditur.*

V.

Cyathus Atticus est mensura liquidorum, habens tres pollices Atticos latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis, trientem pollicis, amplitudinis tres pollices. Octodecim Cyathi Attici tritico pleni pendent viginti quinque vncias, tres oleo pleni quinq; vncias, viginti septem vino pleni quinquaginta vncias, duo melle pleni quinque vncias. Quia igitur pauxillum abest, quin hic cyathus aqua plenus pendeat vncias duas, (præcise enim pendet vnciam aquæ $1\frac{7}{28}$. ideo Hesychius δέχεται, inquit, ὑγροῦ πρὸς οὐγγίας δύο, vbi, ὑγροῦ recte à Budæo explicatur de aqua, & immerito Budæus ab Agricola vexatur. Sic Horatius:

Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna
Aut Cyatho, & dicas magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere.

Sic Matth. 10. 42. ποτήριον ψυχροῦ μόνον, Syrus, *poculum frigidæ*. Cleopatra: περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἱππιατρικῶν, ὁ κύαθος ποιεῖ ℥ β. plurimum falluntur, meo quidem iudicio, qui putant alia fuisse veterinariorum, alia Medicorum pondera. Dioscorides: ὁ κύαθος μέλιτος ἔχει ℥ β ϛ. Idem imprudenter

eandem

eandem definitionem Myſtro paruo tribuit: τὸ μικρὸν μύστρον κοτύλης εἰκοστὸν τέταρτον ἄγει δραχμὰς δύο ς. Myſtrum, inquit, paruum eſt cotylæ pars XXIV. id non male. Cotyla enim aliquando pro ſextario ſumitur, τὸ δ' ἄγει δραχμὰς δύο, ς. id Attico Cyatho conuenit. Addit, τὸ δὲ δικαιότατον μύστρον γράμματα ἔχει ὀκτώ.

VI.

Acetabulum Romanum, Tetrobolum, magna concha Romana, ſunt menſuræ liquidorum habentes tres pollices Rom. latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis dimidium pollicem, amplitudinis quatuor & ſemiſſem. Itaque tritico plenæ pendent vnciam cum ſeptem octauis, oleo plenæ duas vncias cum quadrante, vino plenæ duas vncias cum ſemiſſe, melle plenæ tres vncias cum tribus octauis, pendent, inquam, drachmas quindecim tritici, olei duodeuiginti, vini viginti, mellis viginti ſeptem. Marcellus: *Acetabulum quod dicitur heminæ quartam partem habet.* Cleopatra: τὸ ὀξύβαφον τέταρτον κοτύλης ἔχει κύαθον α, ς, σταθμῷ δὲ δραχμὰς ιε'. ἡ μεγάλη κόγχη τὸ αὐτὸ μέτρον ἔχει τῷ ὀξυβάφῳ, ἔχει γὰρ μέτρῳ κύαθον, α ς, σταθμῷ δὲ δραχμὰς ιε'. Nempe ſi tritico impleatur. Nicandri ſcholiaſtes: ἡ μεγάλη κόγχη ἴση τῷ ὀξυβάφῳ. Cleopatra: τὸ τρύβλιον, (credo legendum, τετρώβολον) καὶ τὸ ὀξύβαφον ὁμοίως ἔχουσι κοτύλης τὸ δ'. ὁ δὲ κύαθος κοτύλης τὸ ς'. Marcellus: *Tetrobolum quarta pars heminæ.* Galenus: τὸ ὀξύβαφον ἐλαίου ὁλκὰς ιη. οἴνου ℥ο. β'. γράμματα ιβ'. μέλιτος ℥ο γ'· γράμματα θ'. Cleopatra idem. Dioſcorides quoque idem de oleo & vino. Arabes menſuram hanc vocant Acſunefi pro Acbuſefi voce corrupta à Græco ὀξύβαφον. Alſeir. *Acſunefi olei drachimet X V I. Acſunefi vini vnc. II. & quarta drachimet I. Acſunefi mellis vnc. III. & quarta & octaua.* ὀξύβαφον, inquit, mellis pendet vncias $3\frac{3}{8}$. ſiue drachmas 27. Recte. In cęteris error eſt δι' ἀλογιστίαν. Nam ὀξύβαφον olei pendet drachmas octodecim, ὀξύβαφον vini vncias duas & ſemis. Iſidorus originum lib. XVI. cap. XXV. *Oxiſalus*, lege, *Oxibaphum fit, ſi quinque drachmæ addantur ad decem. Acetabulum quarta pars heminæ eſt XII.* (lege, *XVIII.*) *drachmas appendens.* Oxibaphum, inquam, pendet tritici drachmas quindecim, olei duodeuiginti, pro quo ſcriptum eſt duodecim.

VII.

Oxybaphum Atticum ſiue magna concha Attica, menſuræ ſunt liquidorum habentes tres pollices Atticos latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis dimidium pollicem, amplitudinis quatuor pollices & ſemiſſem, quę tritico plenæ pendent vncias Romanas vel Atticas duas cum vna duodecima, oleo plenæ vncias duas cum ſemiſſe, vino plenæ vncias duas cum ſeptem nonis, melle ple-

næ vncias tres cum dodrante. Dioſcorides: τὸ ὀξύβαφον μέλιτος ἔχει ∫o. γ΄.ς. δραχμὰς β΄. h.e.drachmas triginta.

VIII.

Myſtrum magnum Romanum, ſextans, cotylus triunciarius, & ouum, menecoth, & cyathus Hebræorum, menſuræ ſunt liquidorum habentes tres pollices Romanos longitudinis, totidem latitudinis, altitudinis beſſem, totius vero capacitatis ſex pollices, quæ tritico plenæ pendent vncias Rom. duas & ſemis, oleo plenæ vncias tres, vino plenæ vncias tres cum triente, melle plenæ vncias quatuor & ſemiſſem. Paulus Ægineta: *Myſtrum magnum continet acetabulum, & tertiam eius partem.* Marcellus: *Cotylos triunciarius habet heminæ tertiam partem.* Vnde autem triunciarius dictum ſit, manifeſtum eſt, quod ſcilicet oleo plenus pendeat tres vncias. Galenus: τὸ μέγα μύστρον ἐλαίου ∫o. γ΄. οἴνου ∫o γ΄· γράμματα η΄. μέλιτος ∫o δ΄.ς. Cleopatra idem. Dioſcorides: τὸ μέγα μύστρον κοτύλης, id eſt, ſextarii, τὸ ἓν ὄγδοον καὶ δέκατον, ἄγει δραχμὰς τρεῖς. γράμμα α΄. Diodorus cum acetabulo confundit. Dicitur quoque ſextans ſextarii, ſcil. à Suetonio in Auguſto c.77. Qui factum autem, vt hoc myſtrum Rom. vel hic cotylus ab Hebræis Betſæ vel oui nomen acceperit, mihi non ſatis liquido conſtat, ipſi profitentur ſe de ouo non anſerino, ſed gallinaceo loqui. Ego ouum gallinaceum mediocris amplitudinis appendi primo intactum, tum euacuatum & aqua repletum, vtroque modo tantundem pendebat, nempe tredecim groſſos Pariſienſes cum ſemiſſe. Poſtea aliud appendi aliquanto capacius, quod pendebat groſſos ſeptendecim cum ſextante. Ioann. Mariana teſtatur, ſe appendiſſe ouum pendens vncias duas & drachmas duas Toletanas, ſcilicet quæ efficiunt vncias Pariſinas duas cum groſſi dodrante. Itaque ouum gallinaceum tantundem fere pendet, quot myſtrum Roman. tritico plenum. An autem hæc fuerit ratio, cur menſuram eiusdem cum myſtro Rom. capacitatis oui nomine nuncuparent Hebræi, affirmare non auſim. Hoc certe quiuis agnoſcet, ſi durum eſt ouum gallinaceum cum myſtro Rom. comparare, multo durius futurum, ſi cum Attico myſtro comparetur. Ego enim, ſi mihi detur optio, ouum cum acetabulo Romano, aut etiam cum cyatho Attico lubentius quam cum myſtro maiore Rom. nedum cum Attico myſtro compararem. Sed ſequentia docebunt, neceſſe eſſe, vt huius Hebræorum oui comparatio cum hoc Romanorum maiore myſtro concurrat. Arabes vt paruum, ſic & magnum Myſtrum Meſtarum vocant. Alſeir: *Meſtarum magnum olei eſt vnc. III. Meſtarum magnum vini eſt vnc. III. & gormia,* (id eſt, γράμματα) *VIII. Meſtarum mellis vnciæ IIIIS.* Serapion: *Meſtarum magnum vnc. III.* Epiphanius: κύαθος (Hebræus ſcilicet, nam Atticum ſupra defini-

definiuimus) ἐστιν ἐκτὸν τοῦ ξέστου μεθεκχὼθ ὃ λέγει τοὺς κυάθους ἡ γραφή. Recte agricola legit μενεκὼθ, Hebraice מנקיות. Exod. 25. 28. & 37. 16. Numer. 4. 16. quibus locis Hieronymus & LXX. vertunt cyathos. Hebręorum alii Furculas, alii Calamos, teste R. D. Kimchi. Fr. Iunius Scopulas. Habet autem ouum siue cyathus Hebræorum tres pollices Hebr. latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis trientem pollicis amplitudinis tres pollices.

Atque hęc causa est, cur ouum siue μενεκὼθ dicitur Cyathus Hebræorum, quia tot capit pollices Hebr. quot Cyathus Atticus pollices Atticos, & Cyathus Rom. pollices Rom.

IX.

Mystrum magnum Atticum tot habet pollices Atticos, quot Rom. Romanos, capitque mellis vncias Rom. quinque, aquæ tres cum dodrante; olei tres cum triente tritici $2\frac{7}{9}$.

X.

Quartarius Romanus est mensura liquidorum, habens tres pollices Rom. longitudinis, totidem latitudinis, altitudinis vnum, amplitudinis nouem, hoc modo quartarius Romanus plenus tritico pendet vncias tres cum dodrante, oleo plenus, vncias quatuor cum semisse, vino plenus vncias quinque, melle plenus vncias sex cum dodrante. Dioscorides: τὸ τέταρτον ἐλαίου ἔχει [ʒ]. δ΄. ς. Quartarius autem Rom. dicitur, quod sit quadrans sextarii Romani. Hinc quartario Romano fere respondet Panilla Toletana, nisi quod Panillæ præcise tribuuntur olei quatuor vnciæ communes Toletanæ Romanæ quatuor cum quadrante. Quartarium vero diximus pendere Rom. vncias olei quatuor cum semisse. Sextarius Toletanus capit Panillas $3\frac{3}{5}$. Sextarii decem, panillas 36. non 31. vt vult Mariana; in huius mensuræ definitione ἀρίστα docens: Habet, inquam, panilla tres pollices Toletanos longitudinis, altitudinis duos, latitudinis duos & semis, amplitudinis quindecim.

XI.

Quartarius Atticus, hoc est, Attici sextarii quadrans est mensura liquidorum, habens tres pollices Atticos longitudinis, totidem latitudinis, vnum altitudinis, amplitudinis nouem Atticos, Romanos decem & pauxillo plus. Quartarius Atticus tritico plenus pendet vncias quatuor cum sextante, olei quinq;, aquæ quinque cum quinque octauis, vini quinque cum quinque nonis, mellis septem cum semisse. Dioscorides: τὸ τέταρτον μέλιτος ἔχει [ʒ]. ζ. ς. proprie autẽ, vt dixi, quartarius hic Atticus capit pollices amplitudinis Atticos nouẽ præcise, Roman. vero $10\frac{2185}{13824}$.

sed quia nullius ferè momenti est tam exilis portiuncula, ideo omissa hac importuna fractiuncula, maximi quique scriptores ita rationes suas instituunt, ac si inter Attica & Romana visa ea sit præcise proportio, quę inter decem & nouem, vt videlicet nouem quartani Attici decem Romanos conficiant, eoque libentius in eam sententiam pedibus iuerunt, quod videbant inter olei & vini pondus eandem fere rationem esse, vt videlicet quartarius vel sextarius Romanus vino plenus tantundem pendeat, atque quartarius vel sextarius Atticus oleo plenus. Idemque sentiendum de cæteris mensuris Romanis & Atticis, quę inter se non quidem æquales, sed analogæ sunt, puta de hemina & cotyla, congio & choe, &c.

XII.

Kartub est mensura liquidorum capiens, vt quidem nobis videtur, sexagesimam quartam partem Hebræi sati, quod si verum est, habebit tres pollices Rom. longitudinis, totidem latitudinis, altitudinis sesquipollicem, amplitudinis tredecim cum semisse. Hebraicos vero sex cum dodrante, pendebitque vncias tritici quinque cum quinque octauis, olei sex cum dodrante, aquæ septem cum semisse, melli decem. אחד משמונא בשמינית והו קרתוב Achad meschemona Beschemінith vehu Karthub, inquiũt Talmudici in Bana Batra, hoc est, Kartub est, ὄγδοον ὀγδόου. Quod author Bahal Harus exponit, esse octauam partem octauæ partis Logi. אחד משמונא בשמינית בלוג, Achad meschemena bescheminith belog. In quibus verbis esse credo R. Natanis σφάλμα μνημονικὸν, ac legendum Satum pro Logo. Quis enim credat in vsu fuisse vas tam exile, vt sexagesimam tantum & quartam Logi partem caperet? At vt μέτρον ἁπλῶς dicitur, Sea non Log, sic τὸ ὄγδοον ἁπλῶς dictum commode intelligetur octaua, non Logi, sed Sati pars. Erit ergo kartub octaua pars octauæ partis Hebræi sati semisextario fere Toletano respondens. Quod si quis velit esse simpliciter octauam Logi partem, non octauam octauæ, tum kartub erit idem quod oxybaphum Romanum. Priori sententiæ rectius concinit illud Scitum Rabbinicum, Si tribus Logis aquæ vini kartubum admisceas, iam illa mixtio vini speciem præ se feret. Nec abludit illud de centum satis qui vnum tantum kartubum detraxerit, non censebitur quidquam detraxisse.

XIII.

Hemina siue cotyla Romana (quanquam Cotyla potius Græcorum, hemina Romanorum est) & Korboni Arabicum sunt mensurę liquidorum habentes tres pollices Rom. latitudinis, totidem longitudinis, duos altitudinis, octodecim amplitudinis, pendetque tritici septem vncias

cias & semis, olei nouem, vini decem, mellis tredecim & semis. Galenus: ὁ ξέστης ἔχει ὡς μικρὰς δύο, ἃς καὶ ἡμίνας προσαγορεύουσι. Idem: κοτύλη, hoc est, hemina, ἐλαίου ℥ θ΄. οἴνου ℥ ι΄. μέλιτος ℥ ιγ΄. ς. Cleopatra idem. Dioscorides: ἡμίνα τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ κοτύλη ἐλαίου ℥ θ΄. οἴνου ℥ ι΄. Diodorus: *Hemina selibram & quadrantem trahit, vt sextarius libram & semissem.* Sed male Diodorus, qui putat id de aqua non de oleo intelligendum esse. Abensiua, *Corboni olei sunt vnciæ nouem, Corboni vini vnciæ decem, Corboni mellis vnciæ XIII. S.* Festus: *Hemina ex Græco* ἥμισυ *quod est dimidia pars sextarii.* Serapion: *Cotyla l. vnc. IX.*

XIV.

Hemina vel cotyla Attica (nam hæc duo propter affinitatem, & analogiam inter se plerumque confunduntur) & Tryblium sunt mensuræ liquidorum habentes tres pollices Atticos longitudinis, totidem latitudinis, altitudinis duos, amplitudinis vero octodecim, pollices, inquam, Atticos, Romanos vero viginti & $\frac{3385}{6972}$. pendentq; tritici vncias octo cum triente, olei decem, aquę vndecim, cum quadrante mellis quindecim. Dioscorides: ἡμίνα τουτέστιν ἡ κοτύλη μέλιτος ἔχει λίτραν α΄, ℥ γ΄. Hæc, inquam, definitio conuenit proprie cotylę. Duę vero antecedentes olei & aquæ eiusdem Dioscoridis proprie conueniunt heminæ. Sic Isidorus Originum lib. 16. c. 25. *Hemina* (tu cotylam intellige) *appendit libram vnam, quæ geminata sextarium facit.* Galenus lib. 5. de Compositione Medicamentorum secundum genera: ἐγχωρεῖ καὶ τῶν ἰταλικῶν οὐγγιῶν θ΄. τὴν κοτύλην εἶναι καθάπερ καὶ τινες ᾤήθησαν. Hæc est Hemina oleo plena· ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ιβ΄. ἐμβάλλειν vel potius 11$\frac{1}{4}$.) ὡς ἄλλοι κελεύουσι. Hęc est cotyla aqua plena. Idem lib. 6. εἰ μὴ δὴ οἱ πλεῖστοι τῶν γεγραφότων περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν θ΄. φασὶν οὐγγιῶν τῶν ἐκ τῆς ῥωμαικῆς λίτρας, τὴν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἐν ταῖς φαρμακίοις βίβλοις γεγραμμένην κοτύλην. ἄλλοι δὲ τῶν ιϛ΄. φασὶν οὐγγιῶν ὑπ᾽ αὐτῶν λέγεσθαι, καθάπερ ἐν ῥώμῃ τὴν λίτραν τοῦ ἐλαίου συνήθως ὀνομάζουσι. Paulus Ægineta: *Cotyla siue tryblium magna mystra III. acetabula IIII.* Galenus: τὸ τρυβλίον δὲ τὸ μικρὸν ἔχει μύστρα μεγάλα τρία, ὀξύβαφα δ΄. Fannius: *At cotyle cyathos bis ternos vina receptat.* Epiphanius: τὸ μέτρον κοτύλη ἥμισυ ξέστου ὑπάρχει κέκληται δὲ κοτύλη ἀπὸ τοῦ ξέστην εἰς δύο κόπτεσθαι, (immo ἀπὸ τῆς κοιλότητος, vt recte Hesychius) τρυβλίον δὲ ὀξύβαφον διὰ τὴν πλάσιν, ἤτοι παράψις, ἥμισυ δὲ ξέστου τὸ μέτρον ἔχει. Epiphanium in cotylæ etymologia sequitur Isidorus.

XV.

Libra mensuralis Romanorum (Rotulum Arabes vocant) est mensura liquidorum, habens duos pollices Romanos altitudinis, tres latitudinis, quatuor longitudinis, amplitudinis viginti quatuor, pendetque tritici vncias decem, olei duodecim, vini tredecim cum triente, mellis

mellis octodecim. Galenus libr. 6. de Compositione medicamentorum secundum genera: ἐγὼ γοῦν ἐν τῇ ῥώμῃ τὴν τοῦ ἐλαίου καλουμένην λίτραν, ἣν διὰ τῶν κατατετμημένων κεράτων μετροῦσι, (hoc est, quam intrinsecus interstinguunt duodecim lineis, totidem vncias denotantibus) ἑκάστοτε (tritico plenam videlicet) βουλόμενος μαθεῖν ὁπόσον ἔχει σταθμὸν τοῦ βάρους εὗρον ἐν ταῖς σταθμικαῖς δέκα οὐγγίαις ἴσας ταῖς μετρικαῖς τοῦ ἐλαίου ιβ. hoc est, vas illud, quod ita comparatum est, vt oleo plenum pendeat libram, siue duodecim vncias; illud idem alia materia (ea autem vix vlla alia esse potest præter triticum) plenum pendebat tantum decem vncias. Ideo Ioann. Hurnius *Duodecim* (inquit) *vnciæ mensurales sunt decem vnciæ ponderales*, sed hoc ἀδιαρκείτως dicere, est nihil dicere, & lectorem multo incertiorem dimittere quam pridem. Nos ergo, si non id, quod res est, diximus, saltem aliquid dicere tentauimus. Idem libro primo: ἐκ πολλῶν φαρμάκων παλαὶ συγγεγραμμένων πρὶν εἰς τοσοῦτο δυνάμεως ηὐξῆσθαι (Romam) ἐστοχασάμην, ἣν ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι κοτύλην, (hoc est, heminam siue cotylam Romanam) ἴσην εἶναι ταῖς κατὰ τὴν νῦν ἐν ῥώμῃ λίτραν (mensuralem recte interpretatur Agricola) οὐγγίαις ἐννέα. Cum, inquit, heminam oleo plenam infudissem in libram mensuralem, comperi eam capere mensuralis huius libræ dodrantem. Idem libro sexto: εἶχον οὖν δεῖ τὸν Ἀνδρόμαχον δ. τῶν μετρικῶν οὐγγιῶν ἀξιοῦν ἐμβάλλεσθαι τὸ κίκινον ἔλαιον, ὡς γίνεσθαι τῶν ἓξ κοτυλῶν οὐγγίας ιδ΄ μετρικὰς, ὅπερ ἐστὶ ταυτὸν λίτραις ῥωμαικαῖς δ. καὶ οὐγγίαις ς΄.

Huius libræ mensuralis capacitati fere respondet semisextariolus Sedanensis ex palmo Sedanensi cubico confectus. Capit enim vncias Parisinas tritici $5\frac{5}{8}$. vel $5\frac{3}{4}$. Romanas decem. Sed idem semisextariolus Cylindricus capit vncias Parisinas tritici nouem, aquæ duodecim.

XVI.

Cotyla Georgica est vas cubicum habens vndique ternos pollices Atticos, in vniuersum viginti septem Atticos siue Romanos circiter triginta, pendetque tritici duodecim vncias & semis, olei quindecim, vini sexdecim cum besse, mellis viginti duas cum semisse. Cleopatra: ἐν τοῖς γεωργικοῖς εὗρον κοτύλην τρίτον ἢ τέταρτον ξέστου. Rectius Codex, quo vsus est Agricola: τριῶν τετάρτων ξέστου, hoc est, inter Georgicas mensuras inueni Cotylam, quæ dodrantem sextarii capiebat Galenus de compos. medicamentor. secundum genera libr. VI. ἤδη δέ τινος ἤκουσα λέγοντος ἐννέα οὐγγίας ῥωμαικὰς ἔχειν τὴν ἐν φαρμακίτισι βίβλοις γεγραμμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν κοτύλην. Non est id verisimile, Medicos cotylæ nomine simpliciter vsurpato hanc cotylam intellexisse; sed potuit aliquis Medicus notasse

notasse, esse cotylā quandā, quæ vino plena pendeat circiter XVI. vncias. Idem accuratius lib. 1. ῥαδίως ἀποπίπτουσι, κἂν ἑκκαίδεκα καὶ ἥμισυ οὐγγίας τὴν κοτύλην ἔχειν ὑποθώμεθα, καθάπερ ἔνιοί φασι. Præcise si modo aqua impleatur. Rursus Galenus: ἰδίως ἑλληνικὴ κοτύλη ἡ ἐλαίου λίτρα α΄. οὐγγ. imo ἡ σίτου, non ἐλαίου &c. Vocat autem ἑλληνικὴν, vt eam ab Attica distinguat. Fauorinus: χοῦς μέτρον Ἀττικὸν χωροῦν κοτύλας ὀκτώ. Georgicas scilicet, vas huiusmodi confici iussi, id aqua plenum comperi pendere vncias nostrates siue Parisinas quatuordecim cum semisse, Romanas vncias $16\frac{4}{7}$. hoc est, paulo minus quam $16\frac{7}{8}$. quod requirebat exquisita analogia.

Eiusdem cum Georgica Cotyla capacitatis est Schopen Heidelbergicus. Nam Schopen Heidelbergicus pendet $11\frac{1}{4}$. tritici olei $13\frac{1}{2}$. mellis $20\frac{1}{4}$. vini vero quindecim, vncias Heidelbergicas, ac proinde vncias Romanas vini sexdecim cum besse, olei quindecim &c. Habet autem tres pollices Heidelbergicos altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis quatuor, amplitudinis triginta sex.

XVII.

Sextarius Toletanus est mensura liquidorum habens tres pollices Toletanos altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis sex, amplitudinis 54. capitque Toletanas vncias tritici duodecim, olei $14\frac{2}{5}$. vini sexdecim, vel Romanas vncias tritici $12\frac{3}{4}$. olei $15\frac{3}{10}$. vini 17. mellis $22\frac{29}{40}$.

XVIII.

Sextariolus Parisinus (Chopinam vulgo vocant) est mensura liquidorum, cui, si ad formam cubicam redigatur, tribuendi sunt duo Parisini pollices altitudinis, latitudinis tres, longitudinis quatuor, amplitudinis viginti quatuor. Si 3375. pollices Parisini cubici dant Atticos 4096. Parisini 24. dabunt Atticos $28\frac{1804}{3375}$. sumamus ad subductionis commoditatem pollices $28\frac{4}{5}$ hoc est, aliquantulo plus, quam dabat prius fragmentum. Certe si octo pollices Attici dant vncias aquæ quinque, pollices Attici $28\frac{4}{5}$. dabunt Rom. vncias aquæ duodeuiginti præcise, quæ conficiunt Parisinas vncias quindecim cum dodrante. Ego igitur, vt experirer, quam congrueret res ipsa cum epilogismorum analogia, iussi mihi confici vas totidem, quot dixi, pollicibus Parisinis constans. Id plenum aqua comperi pendere Parisinas aquæ vncias quindecim cum dodrante. Temporarius ait, Quadrantal Parisinum pendere tantum vncias aquæ 1102. demus 1104. libras Parisinas vndeseptuaginta. Hac ratione sextarius Parisinus caperet tantum vncias aquæ Parisinas quindecim cum semisse Ita ne Temporarii quidem Epilogismus à meo multum

I distat.

distat. Sed qui mensuram hanc à cubica forma ad Cylindricam reuocarunt ad gestationis commoditatem, ii dederunt operam, vt vas illud aliquanto capacius esset, quam cubicæ formæ analogia postulabat, vt videlicet aqua plenum penderet præcise libram Parisinam. Itaque quemcunque rerum harum peritum rogabis, quodnam sit legitimum sextarioli Parisini pondus, is respondebit esse librale. Quin & ipse Budæus, *Comperi*, inquit, *sextariolos Parisinos tres tritico plenos pendere triginta sex vncias Parisinas, aqua vero plenos pendere libras tres, siue vncias duodequinquaginta, vt sit inter triticeum aqueumque pondus proportio sesquitertia.* Idem lib. 5. sui Assis: *Deprehendi*, inquit, *vas tesserarium, id est, amphoram meam cumulatam huius vrbis quadrantem radio æquatum capere. Nec aliam esse inter vtrumque differentiam, quam quæ esse soleat inter mensuram rasam & fastigiatam, vt amphora mea cum eo auctario, quod liberaliores venditores condonare solent, quadrantem nostrum hostimento admensum omnino æquare possit. Quadrantem appello eius mensuræ quartam partem, quam sextarium triticarium dicimus.* Hæc Budæus. Quæ si ad epilogismorum analogiam excutere velis, sic comperies: Sextariolus Parisinus cubicus pendebit vncias aquæ Parisinas quindecim cum dodrante, tritici vero vndecim cum tribus decimis sextis. Idem Sextariolus Cylindricus pendebit vncias aquæ sexdecim, tritici duodecim. Hoc modo quadrans vel amphora Budæi, hoc est, vas tesserarium ex pede Gallico confectum, si tritico impleatur, pendebit vncias octingentas sexaginta quatuor. Itaque quadrans Parisinus siue Cylindricus tredecim vnciis cum semisse grauior erat quadrante cubito, siue Budæano, si modo tritici rationem habeas. Quod si de aqua sit quæstio, tum quadrans Parisinus siue Cylindricus, quem minotum vulgo vocant, octodecim vnciis grauior erit amphora Budęana. Itaque non satis accurate dixit Budæus, Minotum cubicum in Cylindrico contineri, & insuper auctarium illud quo liberaliores venditores vti solent. Nam auctarium illud debet esse apud nos duodecima, olim autem apud Græcos & Romanos decimaquinta vasculi pars. At Minotus cubicus Cylindrico minor non est nisi sexagesima sui parte. Vigenerus ait, Romæ vasculum Folietam vulgo dictum aquæ plenum tantundem capere & pendere quantum chopina Parisina, nempe sexdecim vncias nostrates, in quo fallitur. Nam Folieta non aqua, sed oleo plena fere sexdecim vncias Parisinas pendet, vel $15\frac{3}{4}$. Itaque non Parisino, sed Romano sextario respondet. Sed & Budæus putat, Sextarium Rom. eiusdem fere capacitatis fuisse cum Parisino. Reuera Sextarius Roman. oleo plenus tantundem pendet atque Sextarius Parisinus aqua plenus.

XIX.

Sextarius Romanus,(quam hodie Folietam vocant)Log Hebræorum, & Aben, vel Enib Arabum, mensuræ sunt liquidorum, habentes tres pollices Romanos latitudinis, totidem altitudinis, quatuor longitudinis, amplitudinis triginta sex, pendentes tritici quindecim vncias Romanas, olei octodecim, vini viginti, mellis viginti septem. Galenus: ὁ ξέστης ἔχει ἐλαίου ℥ ιϛ΄. οἴνου ℥ ιη΄. μέλιτος ℥ κζ. Cleopatra idem. Dioscorides: ὁ ξέστης ἐλαίου ἔχει λίτραν α, ϛ. ὁ ξέστης οἴνου λίτραν μίαν, ℥ η΄. Serapion: *Aben olei mina 15.* Idem: *Kist apud Romanos capit libram vnam & duas tertias, (vini scilicet) Aben siue Enib olei mina 15.* Interpres Nicandri: ὁ ξέστης ἔχει λίτραν μίαν ἡμίσειαν, olei scilicet. Fannius.

> *Nam libra, vt memorant, bessem sextarius addet,*
> *Seu puros fundas latices seu dona Lyai,*
> *Addent semissem libræ linentis oliui.*

R. D. Kimchi: *Sea capit viginti quatuor Logos, Log sex oua, siue Bethas.* Logum Hieronymus sextarium vertit. LXX. κοτύλην, puta Leuit. capit. 14. nempe quia Cotyla quandoque sumitur pro sextario. Ioann. Mariana recte quidem censet sextarium Rom. pendere viginti aquæ vncias Rom. sed in eo fallitur, quod putat Atticum sextarium pendere tantum vncias aquę quindecim. Hebraicum vero $13\frac{1}{3}$. vt tres sextarii Romani dent Atticos quatuor, duo vero Romani tres Hebraicos.

XX.

Sextarius Atticus Cotyla maior Attica, Inium Ægyptiacum, atque adeo Enib vel Aben Arabum ἄλλως καὶ ἄλλως ab illis per ἀμαθοδιδασκαλίαν sumptum, sunt mensuræ liquidorum, habentes tres pollices Atticos altitudinis, totidem latitudinis, quatuor longitudinis, amplitudinis triginta sex, pollices, inquam, Atticos, Romanos $40\frac{2186}{3456}$. pendentque tritici sexdecim vncias Rom. cum besse, olei viginti, aquæ viginti duas cum duabus nonis, mellis triginta. Dioscorides: ὁ ξέστης μέλιτος ἔχει λ΄ Ϛ΄ ϛ. Serapion: *Aben mellis 115.* Abensina: *Enib mellis mina 115.* Cleopatra: ὁ ξέστης κοτύλας Atticas ἔχει Ϛ΄. κυάθους ιβ΄. καλεῖται δὲ παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἵνιον. Galenus: ὁ δὲ ὀρειβάσιός φησι κατὰ Ἀδαμάντιον, τὸν ξέστην τὸν ἰταλικὸν (immo Atticum) τοῦ οἴνου μέτρῳ μὲν ἔχειν ℥ κδ΄. σταθμῷ δὲ λ. α΄. ℥ η΄. lege, ὁ δὲ ὀρειβάσιός φησι τὸν ξέστην τὸν Ἀττικὸν ἔχειν μέτρῳ μὲν κοτύλας Ϛ΄. σταθμῷ δὲ τοῦ μὲν οἴνου ℥ κϚ΄. τοῦ δὲ ἐλαίου λ΄ α ℥ η΄. τὸν δὲ ξέστην ἐπὶ μέτρου τοῦ μέλιτος ἄγειν σταθμῷ λίτρας β΄ ϛ. Vitruuius lib. 7. c. 8. *Argenti viui,* inquit, *cum sint sextariorum qua-*

tuor, inueniuntur esse pondo centum. Iam certum est inter vinum vel aquam, & viuum argentum eam esse ponderis proportionem, quæ inter duo & viginti septem. Quatuor Attici sextarii pendent vncias aquæ nonaginta, vini 88⅘. iidem ergo argento viuo pleni pendebunt vncias mille ducentas, vel 1215. hoc est, circiter pondo centum, vt vult Vitruuius. Io. Temporarius ait, se experimento certo comperisse, quæ sit inter aquæ & argenti viui proportio. Vas, inquit, aqua plenum appendi, pendebatque aqua vncias tres, momenta 96. Idem argento viuo plenum pendebat vncias 42. cum vnciæ dodrante & momentis duobus. Ita aqua pendebat momenta siue grana Romana 1814. Mercurius vero 24626. Sumamus 24624. neglectis illis duobus momentis, quæ excurrebant. Ita ratio erit præcise eadem, quæ inter duo & viginti septem, prout contendit Temporarius, Garaultius & alii. Id tu si tentare velis, cauendum, vt habeas Mercurium purum & impermixtum. Solet enim veluti cibi instar dari puluisculi quidam, qui si cum viuo argento admixti maneant, tum multo leuior videbitur Mercurius, quam postulat notata à nobis ratio.

Franciscus Garaultius Consiliarius Regius, & Ioannes Hurnius Vltraiectinus tribuunt Attico sextario duodeuiginti vncias mensurales, χοῖ nouem libras itidem mensurales &c. Sextario vero Romano viginti vncias, congio decem libras mensurales &c. Atque ad eandem formam reliquas quoque mensuras describit Hurnius tabulis elegantissimis sane, si modo veræ essent. Sed caue putes hæc à reliquorum omnium sententia tam diuersa ab Hurnio saltem experimento aliquo esse comperta. Id enim neque profitetur ipse, neque verum esse potest. Causa errorum ipsius hæc est: Audiuerat aliquos tribuentes sextario vncias viginti, quosdam vncias octodecim. Putauit prius conuenire sextario Romano, posterius Attico. In qua sententia fuit quoque Franciscus Garaultius. Huic errori videntur primi Arabes ansam præbuisse. Sic enim Serapion: *Kist Romanorum capit libram vnam & duas tertias. Kist Alicaticum capit libram vnam & mediam, & libra est duodecim vnciarum*, lege, *Kist Alatticum*, ξέςης ὁ Ἀττικὸς. Vtrumque autem credidit Hurnius de mensuralibus vnciis intelligendum, & quidem ita vt libra mensuralis siue vas duodecim vncias inscriptas habens oleo plenum, pendeat tantum decem vncias. Ea ratione viginti vnciæ mensurales dabunt ponderales olei 16⅔. Octodecim vero mensurales dabunt quindecim ponderales. Hinc credidit sextarium Romanum oleo plenum pendere tantum vncias 17⅓. Atticum vero vncias quindecim. Iam olei ad vinũ eam rationem esse scribebat, q̃ nouem ad decem. Hinc est, quod credidit, sextarium Atticum vino plenum pendere

dere vncias $16\frac{2}{3}$. Romanum vero $18\frac{14}{27}$. Poſtremo putabat mellis ad aquã eam eſſe proportionem, quæ quindecim ad decem; aut trium ad duo, quam vulgo vocant ſeſquialteram, quod & alii nonnulli crediderunt, & Agricola teſtatur, certe teſtari videtur, ita ſe experimento comperiſſe, & tamen id à vero eſt alieniſſimum, ſiquidem oculorum meorum iudicio, & eorum qui has merces vendunt teſtimonio credere poſſum. Nos autem vno verbo poſſumus totum iſtud fundamentum ſubuertere. Quadrantal Romanum eſt menſura quadrata ſiue cubica ex pede Romano confecta. Quadrantal Atticum ex pede Attico. Sextarius autem Atticus eſt quadrantalis Attici. Sextarius Romanus quadrantalis Romani duodequinquageſima pars. Quemadmodum ergo pes Atticus Romano maior eſt, ita neceſſe eſt quadrantal Atticum quadrantali Romano, & ſextarium Atticum ſextario Romano maiorem eſſe. Præterea cum conſtet nobis ex tabulis marmoreis, quæ Romæ extant, quænam ſit priſci pedis Romani longitudo, quidnam facilius eſt, quam Quadrantal & Sextarium Romanum ſibi conficere? ac proinde ex analogia pedis Attici ad pedem Romanum, quadrantal & ſextarium Atticum reliquasque menſuras, ſi lubet, omnes? Ego vero id feci, non quidem in omnibus, ſed in plurimis, ex quibus reliquarum quoque menſurarum capacitas & pondus certo colligi poteſt. Tollerabiles tamen vtrumque videri poſſunt hi errores Hurnii. At qui factum, vt continuo poſt ſui oblitus dicat libram menſuralem, hoc eſt, vas librale, tum demum vere librale eſſe & duodecim vncias pendere, ſi melle vel ſyrupo impleatur.

Quod ſi aceto, vino, cereuiſia, aqua, vel decocto purgante impleatur, non niſi decem vnciarum, ſi vero ſanguine, aqua vitæ, vel oleo impleatur, non niſi octo vnciarum pondus æquaturum. Quid cogitabat Hurnius, cum hæc ſcriberet, aut quid commeruit lector, vt ita ipſi illudat? Modo docet inter oleum, vinum, vel aquam, & mel eam eſſe rationem, quæ inter nouem, decem & quindecim: deinde contra, ne monito quidem lectore, ſe ſententiam mutaſſe, vult inter hæc eam eſſe rationem, quæ inter octo, decem, & duodecim, vel quod idem eſt, eam, quæ inter quatuor, quinque & ſex. Fateor, me non agnoſcere, quid cauſæ fuerit, vt Medicus de ſuæ artis vocabulis agens, tam ἀσύςατα ſcripſerit. Idem quid ſit libra menſuralis explicaturus: *Libra*, inquit, *menſuralis vel duodecim vnciæ menſurales pendent decem ponderales.* Hoc ita ἀδιακρίτως dictum quid ſibi velit, quis capere queat? Quænam tamen ſit ipſius mens, ex ſequentibus poteſt intelligi.

Poſtea enim ait: Sextarium Romanum oleo leuiſſimo plenum

 pendere

pendere vncias sexdecim, drachmas quinque cum triente. Aqua vero pluuiali, vel vino plenum octodecim vncias cum semisse, siliquas duas, melle plenum libras duas, vncias tres, drachmas sex, siliquas quatuor. Atticum vero sextarium oleo plenum pendere quindecim vncias præcise, vino plenum sexdecim vncias, drachmas quinque, scrupulum vnum, melle plenum libras duas, vnciam vnam. Ioann. Mariana Vitruuii locum excutiens, *Vitruuius*, inquit, *sextarium argenti viui pondo ait esse viginti quinque. Nos facto periculo ponderare comperimus libras viginti, & vncias decem, drachmas septem, fortassis argentum illud viuum non erat vsquequaque defæcatum. Sed ex quo certe perspicitur, neque pondera Romana nostris esse minora, neque Sextarium Roman. continere ponderales vncias octodecim. Longe enim ratio Vitruuii à nostro experimento aberrasset.* Hæc Mariana. Quibus verbis recte quidem contendit, Sextarium Romanum capere vncias aquæ viginti, non octodecim: in reliquis non parum decipitur, is vasculum capiens vncias aquę Toletanas viginti impleuit argento viuo, comperitque pendere vncias. Toletanas communes ducentas octoginta sex, & drachmas septem. At si inter aquam & viuum argentum ea sit ratio, quæ inter duo & 27. vas Marianæ Mercurio plenum debuerat tantum pendere vncias Toletanas ducentas & septuaginta. Itaque Mercurius Marianę grauior erat Mercurio Vitruuiano.

Præcipua erroris Marianæ causa est, quod verba Vitruuii putat de sextario Rom. intelligenda esse, cum reuera ad Atticum sint referenda. Sextarius Roman. argento viuo plenus pendet vncias Roman. 270. Atticus vero 303. vel præcise trecentas, vt vult Vitruuius.

Heidelbergæ est mensura quædam, quam vocant Dreilingh, hæc tot vncias Heidelbergicas capit, quot Sextarius Romanus vncias Romanas, puta tritici quindecim, olei octodecim, vini viginti, mellis 27. Reuera autem est eiusdem plane capacitatis cum Attico sextario. Dicitur Dreilingh, id est, triens, quia est triens eius mensuræ, quæ dicitur Mas. Habet autem tres pollices Heidelbergicos altitudinis, quatuor latitudinis, longitudinis totidem, amplitudinis duode-quinquaginta.

De Inio autem Ægyptiaco, quod ait Cleopatra, paulo accuratius est nobis expedendum. Si enim Inium est idem plane cum Attico sextario, tum dicemus, Inium habere duos pollices Ægyptiacos altitudinis, tres latitudinis, quatuor longitudinis, amplitudinis viginti quatuor. Sed Cleopatram paulo a vero discessisse credo. Dicam ergo quod sentio: Hin, χοῦς, Congius, sunt voces eiusdem originis & significationis. Significant

cant enim in genere cubum semipedalem. Eadem ratione ἵνιον vel potius ἵνιον est diminutiuum ab eadem voce Hin deductum, q. d. ὁ μικρὸς ἶν vel ἶν. Sane vt Cleopatra, sic & Hesychius & Suidas ἵνιον spiritu leni afficiunt, neque aliud nos docent, nisi mensuræ vocabulum esse. Sed & Æoles passim spiritum asperum leni commutant. Et in peregrinis istis vocabulis orthographiam minus caute obseruant autores.

Vt ergo Hin in specie quidem videtur esse semiquadrantal, quia quadrantal ex pede, Hin ex semipede cubico conficitur. Reuera Hin est tantum octaua pars quadrantalis. Sic Hinium videri potest dimidia, reuera est octaua. Huius pars vtpote ex palmo cubico constructum. Hinium ergo Ægyptiacum est mensura ex cubico Ægyptiorum palmo confecta, constans ternis vndique pollicibus Ægyptiacis, in vniuersum viginti septem, capiens Rom. tritici vncias octodecim cum dodrante, olei viginti duos cum semisse, aquæ viginti quinque, mellis triginta tres cum dodrante. Quia ergo Hinium Ægyptiacum oleo plenum tantundem pendet, atque Sextarius Atticus aqua plenus, ideo Cleopatra putauit, sextarium Atticum eiusdem esse cum Hinio Ægyptiaco capacitatis.

XXI.

Litro Parisinus (quasi dicat, λιτρῶν λιτρῶνος) est mensura aridorum habens tres pollices Parisinos altitudinis, totidem latitudinis, quatuor longitudinis, amplitudinis triginta, sex pollices, inquam, Parisinos, Romanos vero circiter $45\frac{11}{81}$. pendetque tritici octodecim vncias Parisinas, olei $21\frac{1}{3}$. aquæ viginti quatuor, mellis 32. vel pendet Romanas vncias tritici viginti, olei viginti quatuor, aquæ viginti septem, mellis triginta sex. Λιτρῶνος autem nomen accepisse videtur, quia vt libra Alexandrina constat vnciis viginti, sic λιτρῶν pendet vncias tritici viginti.

Huius Litronis capacitati fere respondet Sextariolus siue chopina Sedanensis, capiens pollices Sedanenses cubicos 54. estque pintæ Sedanensis dimidia pars, poti quadrans.

XXII.

Chœnix, χοῖνιξ ὁ vel ἡ est ἡμερότροφις, diurnum tritici demensum, id varium esse potuit pro varietate locorum & personarum, tum quibus distribuebatur, tum à quibus distribuebatur. Sunt enim loca quædam, in quibus bibaciores, alia in quibus voraciores homines sunt: vbiq; lautius ac liberalius habêtur ingenui quã serui, & inter ipsos seruos aliquod discrimen adhiberi solet. Deniq; est, qui videre amet *vernas saturos*

circum-

circumreuidentes lares. Est qui seruorum ventres modio castiget iniquo. In hac locorum & hominum diuersitate non mirum est, si alia atque alia fuit Chœnicum mensura. In hac tamen varietate sex potissimum diuersas Chœnicis mensuras animaduertimus, quas distinctionis ergo epithetis quibusdam insignire placuit.

Minima Chœnix à nobis dicetur Chœnix opilionum aut bilibris, estque aridorum mensura constans tribus Romanis pollicibus altitudinis, tribus latitudinis, sex longitudinis, amplitudinis quinquaginta quatuor, pendens vncias Romanas tritici viginti duas & semis, olei viginti septem, vini triginta, mellis quadraginta & semis.

Cleopatra: ὁ χοῖνιξ ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας (hoc est, heminas) τρεῖς, σταθμῷ δὲ δραχμὰς ρπ'. videlicet si tritico impleatur. Nam drachmæ centum & octoginta conficiunt vncias XXII.5. Sic & Dioscorides: ὁ χοῖνιξ κοτύλας ἄγει Ἀττικὰς τρεῖς (immo heminas Romanas,) σταθμῷ δὲ ὁλκὰς ρπ'. Sed vt rotundatus numerus haberetur, pro isto decurtato 22½. ideo plerumque Chœnix iste cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης vendebatur, vt penderet præcise libras Romanas duas, atque adeo bilibris dicebatur. Glossæ veteres χοῖνιξ bilibris. Apoc. 6. χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου. Vetus Interpres: *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario.* Hoc modo modius Roma. rasus capiebat huiusmodi Chœnicas, decem præcise. Ideo cum Dioscorides lib. 5. cap. 40. de vino palmeo loquens dixisset: Ἐπίχει τοῖς δέκα χοίνιξιν ὕδατος χόας γ'. Plinius id ita vertit lib. 14. c. 16. *Palmarum modium in aquæ tribus congiis macerato.* Ita tres modii conficiunt triginta Chœnicas.

Huiusmodi Chœnicas igitur opilionibus suis distribuebat Cato, cum c. 56. iubebat opilionibus dari in mensem modios ternos. At quia liquores rasis potius quam cumulatis mensuris venduntur, ideo recte Nicandri Interpres dixit: Chœnicem esse Cotylarum trium vnciarum viginti septem, nempe si oleo impleatur.

XXIII.

Pinta Parisina est mensura liquidorum habens tres pollices Parisinos altitudinis, quatuor latitudinis, longitudinis totidem, amplitudinis duodequinquaginta, Romanos $65\frac{205}{243}$. capiens sextariolos Parisinos duos, pendens tritici sesquilibram Parisinam, olei libram cum septem nonis, aquæ duas, mellis duas, & decem vncias. Libras vero Romanas tritici duas cum quadrante, olei duas cum besse, aquæ tres, mellis quatuor. Cum autem dicimus, Pintam aquæ plenam pendere duas libras Parisinas, id intelligimus de Pinta Cylindrica. Nam cubica Pinta Cylindrica proprie semuncia Parisina leuior est. Sed nos deinceps ad Methodi commodita-

moditatem Cylindricarum potius quam cubicarum menſurarum rationem habebimus in Pondere menſurarum Pariſinarum explicando. Pinta autem ἀπὸ τοῦ πίνειν dicta. Et huius dimidia pars Chopina, Germanice Schopen à χέω & πίνω, indicat græcandi morem non in Germania modo, ſed & in multis Galliæ partibus pridem inoleuiſſe.

XXIV.

Pondion Talmudicum eſt menſura aridorum habens tres pollices Hebraicos altitudinis, totidem latitudinis, quatuor longitudinis, amplitudinis triginta ſex, pendetque Romanas vncias tritici triginta, olei triginta ſex, vini quadraginta, mellis quinquaginta quatuor. Dicitur autem Pondion voce à Latinis petita, quod vt pondo ſiue libra 12. vncias, ſic pondion duodecim oua capiat. Logos vero duos, teſte R. Natan. Log autem eiusdem eſt capacitatis cum ſextario Romano, vt ſupra monuimus. Hæc menſura poteſt etiam vocari ſeſtertiaria Chœnix, hoc eſt, Chœnix capiens tritici libras Rom. duas & ſemis. Marcellus: *Chœnix ſextarii duo ſunt*, Romani ſcilicet.

XXV.

Chœnix Attica proprie dicta, vel Chœnix villicorum, aut trilibris, quæ μέτρον ἁπλῶς κατ' ἐξοχὴν dicitur, & Hyphe, vaſa ſunt habentia tres pollices Atticos altitudinis, quatuor latitudinis, ſex longitudinis, ſeptuaginta duos amplitudinis, pendentque Romanas tritici vncias triginta tres cum triente, olei quadraginta, aquæ quadraginta quinque, mellis ſexaginta. Quin etiam cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης vendebatur hic Chœnix, vt penderet præciſe triginta ſex vncias probi tritici, ſiue libras tres. Cato igitur c. 56. iubet villico ſuo villicæ & epiſtatæ dari per hyemem in menſem modios quatuor & ſemis. Modii quatuor, & ſemis raſi dant triginta Chœnicas faſtigiatos, ſiue trilibres, modii vero quatuor faſtigiati dant triginta Chœnicas raſos. Epiphan. χοῖνιξ ἡ καὶ ὑφὴ ἐν μὲν τῷ διπλῷ δὲ ὀνόματι κέκληται. ἔστι δὲ δυὸ ξεστῶν καὶ προσημοείου, hoc eſt, *Chœnix duos ſextarios capit, & aliquanto plus*. Nam Chœnix hic Atticus raſus capit duos ſextarios Romanos, & nonam eius partem præciſe: Chœnix vero trilibris, hoc eſt, Chœnix Atticus cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης capit Sextarios Atticos $2\frac{4}{27}$ hæc fragmenta cum non ſatis commode explicare poſſet Epiphanius, maluit indefinite προσημοείου dicere. Cæterum Agricola ὑφῆς voce putat Epiphanium intelligere Epham Hebræorum, ſed non temere credendum eſt, grauiſſimum ſcriptorem licet, aliquando incurioſum & non ſatis accuratum, tam turpiter hallucinatū. Poteſt ergo eſſe vox Ægyptiaca, & menſura Ægyptiis peculiaris duo Hinia Ægy-

ptiaca capiens, ac proinde tantum pendens oleo plena, quantum Chœnix Attica vino plena.

XXVI.

Chœnix Vinitorum vel Italica, & quadrilibris eſt menſura aridorum habens tres pollices Romanos altitudinis, ſex latitudinis, totidemque longitudinis, amplitudinis centum & octo, pendetque Romanas tritici vncias quadraginta quinque, olei quinquaginta quatuor, vini ſexaginta, mellis octoginta & vnam. Galenus: παρὰ δὲ τοῖς Ἰταλικοῖς εὑρίσκεται ὁ χοῦς μέτρῳ μὲν ἔχων ξέστας ϛ' & ρ'. ὁ δὲ χοῖνιξ ἔχει ξέστας (Romanus ſcilicet) γ'. καὶ οὗτος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τρυβλίον ὀνομάζεται. Huic menſuræ raſę ſi addas pro more τῶν πεντεκαιδεκάτων, pendebit vncias tritici duodequinquaginta, libras quatuor, quam ob cauſam quadrilibris nuncupari poteſt.

Cato autem iubebat ſuis compeditis indiem dari panis pondo quinque, vbi vineam fodere cœperint: deinde, inquit, ad panis pondo quatuor redito, hoc eſt, panes autopyros confectos ex quatuor aut quinque tritici libris.

XXVII.

Chœnix Georgica, & Maſs Heidelbergicus ſunt menſurę aridorum, eiuſdem capacitatis, ita quidem, vt Chœnix habeat tres pollices Atticos altitudinis, ſex latitudinis, totidemque longitudinis, amplitudinis centum & octo: pendentque tritici Romanas vncias quinquaginta, olei ſexaginta, aquæ ſexaginta ſeptem cum ſemiſſe, mellis nonaginta, capitque tres ſextarios Atticos, quemadmodum Chœnix Italica tres Romanos. Trybliuum autem ſiue huic, ſiue Italicę Chœnici reſpondeat, parui intereſt. Chœnica autem hanc Georgicam vocamus, quia Georgicę menſuræ Atticis maiores ſunt ratione ſeſquialtera. Galenus: ὁ χοῦς ἔχει χοίνικας β'. Hæc Chœnix Georgica raſa Italica τῷ πεντεκαιδεκάτης auctario cumulata duabus tantum tritici vnciis grauior eſt. Itaque facile poteſt altera cum altera confundi, & vtraque quadrilibris nuncupari. Maſs autem habet tres pollices Heidelbergicos altitudinis, quatuor latitudinis, duodecim longitudinis, amplitudinis 144. capitque Heidelbergicas vncias tritici 45. olei 54. vini ſexaginta, mellis octoginta & vnam, Pariſinas tritici quadraginta tres cum dodrante, olei quinquaginta duas & ſemis, aquę $59\frac{1}{16}$ mellis $78\frac{3}{4}$.

XXVIII.

Azumber Toletanus eſt congius Toletanus, hoc eſt, menſura cubica ex ſemipede Toletano confecta, habens vndique ſenos pollices Toletanos in vniuerſum 216. Romanos 125. præciſe. Itaque ſi duo pollices

Romani

Romani exacte darent vncias singulas olei, Azumber caperet vncias Romanas olei $62\frac{1}{2}$. Sed etiamsi in Romanis mensuris hanc rationem ad subductionis facilitatem obseruemus, tamen reuera pollici Romano paulo plus tribuitur quam par sit. Experiamur ergo num pollices Attici nobis commodiores futuri sint. Azumber Toletanus capit pollices Atticos $110\frac{7}{27}$. Pollices Attici 110. dant vncias olei $61\frac{1}{9}$. Itaque ad methodi commoditatem sumemus $61\frac{1}{3}$. Azumber igitur capit libras Toletanas tritici tres, vini quatuor, vel vncias Toletanas tritici duodequinquaginta, vini 64. olei $57\frac{2}{3}$. mellis $86\frac{2}{3}$. Vncias vero Romanas tritici vnam & quinquaginta, olei $61\frac{1}{3}$. vini duodeseptuaginta, mellis $91\frac{4}{3}$.

XXIX.

Quadrans Parisinus, (quam vulgo vocant Vne quarte, quasi dic. ἡ τετάρτη τοῦ ξέστου) est mensura liquidorum, habens quatuor pollices Parisinos altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis sex, amplitudinis nonaginta sex. Romanos vero $131\frac{167}{243}$. Pintas Parisinas duas, ac pendet Parisinas libras tritici tres, olei tres cum semisse, vel $3\frac{5}{9}$. aquæ quatuor, mellis quinque cum triente. Romanas vero libras tritici quatuor & semis, olei quinque cum triente, aquæ sex, mellis octo. Quadrantem hic pro more κυλινδροειδῆ definimus. Alioqui ex analogia, quam supra in chopinæ definitione indicauimus, quadrans cubicus Cylindrico vna aquæ vncia leuior esset.

XXX.

Chœnix militaris siue quinquilibris, Kab Hebręorum, Caphita Persarum, & Campsaces sunt mensuræ habentes quatuor pollices Romanos altitudinis, sex latitudinis, totidem longitudinis, amplitudinis centum quadraginta quatuor, vel tres pollices Hebręorum altitudinis, totidem latitudinis, octo longitudinis, amplitudinis septuaginta duos, capiuntque sextarios quatuor, vt si aqua impleantur, pendeant vncias Romanas octoginta, si tritico sexaginta, si oleo septuaginta duas, si denique melle centum & octo.

Fannius:

At cotylas, quas si placeat, dixisse, libebit
Heminas, recipit geminas sextarius vnus,
Qui quater assumptus fit Graio nomine Chœnix.

Militorem autem hunc Chœnicem diximus, quia videmus Thucydidem libr. 4. hanc fere mensuram ingenuis militibus tribuentem. Sic enim inter Lacedæmonios Pylum obsidentes, & Athenienses obsessos conuenerat, vt Lacedæmonii paterentur obsessis inferri tantam tritici

mensuram, quæ singulis ciuibus sufficeret, hoc est, binas in diem Chœnices Atticas. *Ἀθηναῖοι δὲ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ ἀνδράσι σῖτον ἐᾶν τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ Λακεδαιμονίους ἐκπέμπειν τακτὸν καὶ μεμαγμένον, δύο χοίνικας ἑκάστῳ Ἀττικὰς ἀλφίτων, καὶ δύο κοτύλας οἴνου, καὶ κρέας, θεράπουσι δὲ τούτων ἡμισέα.* vbi verisimile est per binas vini cotylas intelligi totidem sextarios Atticos. Alioquin multo parcior fuisset potus quam cibi mensura. Epiphanius: *ὁ τοῦ ἠλία καμψάκης τεσσάρων ἦν ξεστῶν.* Alludit ad historiam viduæ Sareptanæ, cui supererat tantum, צפחת חשמן Lecythus olei, vel, vt vertunt LXX. *καμψάκης ἐλαίου.* Sic enim legit Epiphan. Sic quoque scribitur in editione Complutensi. At in editione Basiliensi corruptissima scribitur *καψάκης*, vnde factum, vt eruditus Lexicographus putarit vocem hanc deductam à *κάψα*, cista, theca, vt & *καψάκιον γλωσσόκομον.* Kab autem vox semel tantum legitur in Scriptura 2. Reg. 6. 25. vbi eruditissimus & piæ memoriæ vir Francis. Iunius interpretatur cauum ventris, ac si keba & kab קב & קבה idem esset. At Emanuel Tremell. in suo thesauro manuscripto, & ceteri, quos mihi videre licuit, omnes mensuræ genus interpretantur. LXX. *καὶ ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ ἰδοὺ περιεκάθηντο,* (recte Basiliensis editio legit, *περιεκάθηντο*) *ἐπ' αὐτὴν, ἕως οὗ ἐγενήθη κεφαλὴ ὄνου ὀγδοήκοντα σίκλων ἀργυρίου, καὶ τὸ τέταρτον κάβου κόπρου περιστερῶν πέντε σίκλων.* Ioseph Kimchi Dauidis pater vocem Dibionim דביונים interpretatur *τὰ ὄντα ἐν περιστεραῖς.* Vox vero חריונים Chirionim proprie significat foramen columbarum. De eo hic Iosephus Historicus li. 9. c. 14. *ὡς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐνδείας ἐν τῇ Σαμαρείᾳ πραθῆναι ὀγδοήκοντα μὲν ἀργυρῶν κεφαλὴν ὄνου, πέντε δὲ ἀργυρῶν ξέστην κόπρου περιστερῶν ἀντὶ ἁλῶν ὠνεῖσθαι τοὺς Ἑβραίους,* vbi, quod ait, *κόπρον ἀντὶ ἁλῶν,* emptum ridiculum est, quam quod Iudæi quidam referente D. Kimchi, dixerunt *ἀντὶ ξύλων* petitum. Sed rectissime Iosephus quadrantem kabi *ξέστην* interpretatur. Kab enim capit quatuor sextarios Rom. R. Dauid Kimchi, *Kab est sexta pars sea siue sati.* R. Natan. *Kab capit duo Pondiorum siue viginti quatuor oua.* Huius kabi vt nomen sic capacitatem retinuit *καπίθη* Babylonia vel Persica. Hesychius: *καπίθη ἀγγεῖον χωροῦν Ἀττικὰς χοίνικας δύο.* Xenophon *ἀναβάσεως* lib. 1. describens suum trans Euphratem iter: *τὸ δὲ στράτευμα,* inquit, *ὁ σῖτος ἐπέλιπε. καὶ πρίασθαι οὐκ ἦν, εἰ μὴ ἐν τῇ Λυδίᾳ ἀγορᾷ, ἐν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ, τὴν καπίθην ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων τεττάρων σίγλων. ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς, καὶ ἡμιωβόλιον Ἀττικούς. ἡ δὲ καπίθη δύο χοίνικας Ἀττικὰς ἐχώρει.* Quatuor sigli Babylonii quinque drachmas Atticas conficiunt, hoc est, circiter quinque Regales Hispanorum. Maior igitur erat hæc annonę charitas, quam illa, de quâ in Apocalypsi: *χοῖνιξ σίτου δηναρίου,* idque ratione sesquialtera. Cæterum hanc kabi vel kapithæ mensuram videtur Plinius interpretatus modum, sane perperam si hęc

si hæc fuit eius mens. Is lib. 14. c. 18. *Onesicritus*, inquit, *tradit in Hircania ficus multo nostris esse dulciores, fertilioresque, vt quæ modios singulæ CCLXX. ferant.* Ego, inquam, credo, Onesicritum nõ modios, sed Kabos aut καπίθας scripsisse. Vt id credam, suadet Diodorus Siculus ἐπὶ κηποφῶντος lib. 17. Ἀνεζεῦξεν Ἀλέξανδρος τὴν στρατιὰν κατήντησε πρὸς τὰς καλουμένας εὐδαίμονας, καὶ πρὸς ἀλήθειαν οὔσας χώρας. τὴν μὲν γὰρ ἀμπέλων φασὶν ἑκάστην, hoc est, ἕκαστον κλῆμα, vnumquemque palmitem) μετρητὴν φέρειν οἴνου, τὰς δὲ συκίνων δένδρων ἔνια καρποφορεῖν ἰσχάδων ξηρῶν μεδίμνους δέκα. Medimni Attici decem efficiunt kabos siue καπίθας CCLXVI. pro quo Plinius rotundatum numerum CCLXX. sumere maluit, quod & accuratissimis quibusque Scriptorib. frequentissimum est. Quod autem modios pro capithis scripsit, id vero est memoriæ vel incogitantiæ σφάλμα. Cæterum per Metathesin literarum videri potest à kab deducta vox Bocal, certe mensura illa, quæ hodie Romæ bocalis indigitatur, est eiusdem plane capacitatis cum Hebræorum kabo. Et quia dubium est, Persarum an Babyloniorum sit propria Capitha, ideo dubitari potest, Persico an Babylonio pedi sit aptanda. Si Persico, tum habebit tres Pollices Persicos altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis octo, amplitudinis 72. Si Babyloniorum potius hæc mensura est, quod verisimilius videtur, habebit tres pollices Babylonios altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis sex, amplitudinis 54. Ita quatuor capithę efficient congium Babylonium.

XXXI.

Quartarius Parisinus est mensura aridorum, habens quatuor pollices Parisinos altitudinis, sex latitudinis, totidemque longitudinis, amplitudinis vero centum quadraginta quatuor. Romanos vero $197\frac{43}{81}$. capit litronas quatuor, pendetque libras Parisinas tritici quatuor & semis, olei quinque cum triente, aquæ sex, mellis octo. Romanos vero tritici libras sex, cum dodrante olei octo, aquę nouem, mellis duodecim.

XXXII.

Congius Romanus & sextarius Italicus sunt mensuræ liquidorum cubica, habentes senos quinquauersum pollices Romanos, amplitudinis vero ducentos & sexdecim, capientes sextarios Rom. sex, pendentes libras Romanas nouem, si oleo, decem, si vino, tredecim & semis, si melle, septem & semis si tritico impleatur. Cleopatra: ὁ χοῦς ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα, ξέστας δὲ ἥμισυ (id est, sex) χοίνικας δὲ (minimas scilicet, quas bilibres vel opilionum diximus) δ'. σταθμῷ δὲ ἔχει ὁ χοῦς δραχμὰς ψκ'. Dioscorides: ὁ δὲ χοῦς ἐστὶ μὲν μέτρῳ κοτυλῶν Ἀττικῶν ιβ'. σταθμῷ δὲ ἄγει δραχμὰς ψκ'. nempe si tritico impleatur. Galenus: παρὰ δὲ τοῖς Ἰταλικοῖς ἐνειζέσται

ὁ χοῦς μέτρον μὲν ἔχων ξέστας ϛʹ. κοτύλας ιβʹ. σταθμὸν δὲ ὕδατος ὀμβρίου (ὅπερ ἐστὶν ἀ-διάφθορον) δραχμὰς ψκʹ. Immo si tritico, vt dixi, non si aqua pluuiali impleatur, pendebit drachmas DCCXX. frustra enim hic πρὸς ἀκρίβειαν conquiritur aqua pluuialis, quæ sane aut nihilo aut tantillo leuior est aqua puteali.

Certe quodlibet oleum qualibet aqua leuius est. Atque idem Galenus χοῦς ἐλαίου ἔχει λίτρας θʹ. hoc est, drachmas DCCCLXIV. χοῦς οἴνου λίτρας ιʹ. χοῦς μέλιτος, λί. ιγʹ. ϛ. Dioscorides: τὸ κόγγιον ἐλαίου ἔχει λίτρας θʹ. ὁ χοῦς, τουτέστι, τὸ κόγγιον οἴνου ἔχει λίτρας ι. ϛʹ. Galenus de Compositione Medicamentorum secundum locos: τὸ πλῆθος δὲ τοῦ χολοῦ χόρος εἶναι κελεύει, Andromachus scilicet, τουτέστι ϛʹ. τῶν ῥωμαικῶν ξεστῶν. Cato cap. 57. *Mense quinto, sexto, septimo & octauo bibant serui indies sextarium vnum, in menses congios quinque.* Hic præcise rationes subduxit Cato. At quia mense quarto parcius indies demensum præscripserat, voluit exacto mense superesse sex heminas auctarii loco.

Mense quarto, inquit, *bibant heminam indies vnam, in mense congios tres.* Hieronym in Ezech. c. 4. v. 10. *Hin duos χόας Atticos facit, quos nos possumus appellare duos sextarios Italicos.* Immo Romanos non Atticos χόας duos capit Hin. Congius Rom. cubicus, quem confici iussi, pendebat vncias Parisinas probi tritici 77½. Romanas 88½. Sed Romani congium cylindricum cum cubico aliquantulo ampliorem fecerunt, vt caperet præcise vncias tritici nonaginta, olei 180. &c. eandemque rationem in reliquis mensuris obseruarunt.

Diodorus veterinæ medicinæ lib. II. *Cyathus mystra duo minora tenet, id est, sescunciam, sicut acetabulum sextantem. Hemina selibram & quadrantem trahit, vt sextarius libram & semissem. Congius nouem libras capit. Sunt tamen, qui minora his ponderibus & modis iaciant fundamenta, quippe qui cyathum drachmas decem tantum pendere statuant, & quindecim acetabulum. Quare à pondere sextarii nonnihil pro ratione putant subtrahendum. Nec tamen ignorare oportet supradicta liquidorum pondera ad mensuras aquæ & vini maxime referri debere.* Hæc Diodorus, aut autor ἀνώνυμος ad calcem Diodori, in quibus, vt & in sequentibus, plurimum fallitur.

Cum enim duas diuersas sententias proferat, neutra vino vel aquæ conuenire potest. Sed prior ad oleum, posterior ad triticum referenda est. Cyathus, inquam, capit olei sescunciam, acetabulum sextantem, id est, duas vncias cum quadrante, quem omisit Diodorus. Reliqua nunc plana sunt, ex quibus colligere potes veterinarias Diodori mensuras esse easdem cum Romanis. Contra veterinæ Cleopatræ mensuræ sunt Atticæ, potius quam Romanæ, quanquam ita confuse recensentur, ita mendole

dose leguntur, vt vix quidquam veri agnoscas. Eas hic breuitatis ergo simul excutiam: κοτύλη, inquit, ἔχει οὐγγίας ιϛ. ὀξύβαφα β. τὸ ὀξύβαφον κυάθους γ. κύαθος ἔχει μύστρα δ. κοχλιάριον δὲ ὅτι μύστρου τὸ ἥμισυ. τὸ δὲ ὀξύβαφον ποιεῖ ℥ ϛ. ὁ κύαθος ποιεῖ ℥ β. τὸ μύστρον ἔχει οὐγγίας τὸ ἥμισυ. τὸ κοχλιάριον ποιεῖ γράμματα ϛ. ἡ δραχμὴ ποιεῖ γράμματα γ. ὁ ὀβολὸς ποιεῖ γράμμα. τὸ σπλίον ἔχει ℥ τὸ S. ὁ κύαθος μύστρα δ. ὥς ἐστι μύστρον ℥ τὸ ἥμισυ. τὸ δὲ μύστρον κοχλιάρια β. ὥς εἶναι τὸ κοχλιάριον ℥ δ. Hæc partim correctione, partim explicatione indigent. Cotyla ergo Attica capit fere 12. aquæ vncias, præcise $11\frac{1}{4}$. Capit, inquã, non oxybapha, sed tetarta duo. Itaq; ter ὀξυβάφου loco substituenda vox τέταρτον. τέταρτον capit fere sex aquæ vncias, proprie $5\frac{5}{8}$. Cyathus itidem fere duas aquæ vncias, proprie $1\frac{7}{8}$. Atque hæc Atticis mensuris aqua plenis conueniunt. Sed quod ait, mystrum paruum capere semunciam, cochlearium vnciæ quadrantem siue scriptula sex, id aut plane falsum est, aut intelligendum de mensuris Romanis tritico non aqua plenis. Mystrum ergo paruum Rom. proprie pendet quinque tritici drachmas, scriptula quindecim, cochlearium paruum scriptula septem & semis, pro quo Diodorus quasi rotundato numero contentus tribuit cochleario tantum scriptula sex, mystro paruo duodecim. Sed præcipuus error est, quod hinc collegit cyathum capere mystra parua quatuor, cum proprie duo tantum capiat. Nisi quis dicat, minimas istas & nullius fere ponderis ac momenti mensuras aliter atque aliter à variis autoribus pro arbitrio definitas fuisse, quod facile crediderim. In maioribus vero non eadem liberalitate sunt vsi. At tum in minoribus, tum in maioribus mensuris definiendis magnam apud plerosque videos ἀταξίαν, ἀκυρολογίαν, ἀλογιστίαν, ἀμαθοδιδασκαλίαν, quo æquior nobis esse debebit lector, si nonnunquam epilogismorum varietate & multitudine fatigati alogistia laboramus, in quam maximi quique viri non raro incidunt. Quæ de ponderibus addit Cleopatra, non est necesse hic excutere, nisi quod, quum ait, ὁ ὀβολὸς ποιεῖ γράμμα, potest esse Typographi mendum pro γρ ς, id est, scriptuli semissem. Atque hæc ipsa extra ordinem huc congerere compulit nos Diodorus, simul vt velut vno obtutu videret lector, quænam sit nostra de veterinariis mensuris sententia.

Cæterum cognita congii Romani amplitudine, æstimare possumus, quales vini gurgites fuerint, qui apud Romanos bicongii & tricongii dicti sunt. Plinius Nat. hist. lib. XIV. cap. XXII. *Tergilla Ciceronem M. filium binos congios simul haurire solitum ipsi obiicit.* Et paulo ante: *Gloriam hac virtute Parthi quærunt. Famam apud Græcos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiam Nouellius Torquatus Mediolanensis ad Proconsulatum vsque è*

Pratura honoribus gestis, tribus congiis (vnde & cognomen illi fuit) epotis vno impetu, spectante miraculi gratia Tiberio Principe in senecta iam seuero &c. Torquati rara gloria fuit non labasse sermone, non leuatum vomitione, plurimum hausisse vno potu, optima fide non respirasse inhauriendo, neq; expuisse, nihilq; ad elidendum in pauimento sonum ex vino reliquisse &c. Vide portentum hominis. Tres congii Rom. triginta vini pintas Parisinas capiunt. Homo sobrius vix vno mense bibere potest, quod Torquatus vno haustu sorbebat. Apud Plautum facta est hyperbole:

Anus hæc quantillum sitit? modica est.
Quadrantal capit.

Hyperbolicum tamen hunc lusum expleuisse dicitur Maximinus Imp. apud Capitolinum: *Bibisse illum*, inquit, *sæpe in die vini capitolinam amphoram constat, comedisse & XX. libras carnis, vt autem Cordus dicit etiam LX.*

XXXIII.

Chus Atticus & Lagena Græca mensuræ sunt liquidorum habentes senos quoquo versus pollices Atticos. in vniuersum ducentos & sedecim, pollices vero Romanos vndique $6\frac{1}{4}$. in vniuersum $244\frac{9}{64}$. capiuntque Romanas libras tritici octo cum triente, olei decem, aquę vndecim cum quadrante, mellis quindecim, vel vncias Rom. tritici centum, olei centum & vini, vini $133\frac{1}{3}$. aquæ 135. mellis 180. Dioscorides: ὁ χοῦς, τουτέστι, τὸ κόγχιον μέλιτος ἔχει λίτρας ιε'. Scholiastes Aristophan. χοῦς μέτρον Ἀττικὸν χωροῦν κοτύλας ή. Georgicas scilicet. Athenæus l.6. Λάγυνον μέτρον λέγουσιν εἶναι ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς χόος, καὶ κοτύλης, χωρεῖν δὲ αὐτὸ κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα. Galenus: ὁ χοῦς ἔχει χοίνικας β'. Georgicas scilicet, ξέστας ι. καὶ διὰ τούτου οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων μετροῦσιν. Epiphanius: χοῦς ἐστὶ ξεστῶν η'. τὸ δὲ καλούμενον Ἄγιον (lege, κόγχιον) ξεστῶν ε'. ὃ ἐστὶ δωδέκατον μετρητοῦ. Perperam quidem tum Galenus, tum Epiphanius aiunt, χοῦν capere sextarios Romanos octo. Sed causa erroris notanda est: χοῦς oleo plenus pendet vncias centum & viginti, Sextarius Romanus non quidem oleo, sed tritico plenus pendet vncias quindecim. Diuide 120. per 15. habebis octo, hinc decepti putarunt χοῦν capere sextarios Romanos octo; quia videlicet χοῦς Atticus oleo plenus tantundem pendet, quantum octo sextarii Romani tritico pleni. Arabes in libro Alseir: *Chous olei lib. IX. Chous vini lib. X.* id Romano congio proprie conuenit. Quod vero addunt: *Chous mellis lib. XIIIS.* id Attico congio conuenit, sic passim Dioscorides. Hinc Attico congio respondet Impfel Heidelbergicum, nisi quod aridorum mensura est, & ita construi potest, vt habeat quatuor pollices Heidelbergicos altitudinis, sex latitudinis, longitudinis duodecim, amplitudinis 288. capitque tot vncias Heidelbergicas, quot congius Romanus

Romanas,

Romanas, cum tamen amplitudo eadem sit quæ non Romani, sed Attici congii.

XXXIV.

Homer & ἀσσαρὼν Hebræorum est mensura aridorum, habens sex pollices Atticos latitudinis, quatuor altitudinis, nouem longitudinis, amplitudinis ducentos & triginta quatuor: vel habens fere duos pollices Hebr. altitudinis, quinque latitudinis, tredecim longitudinis, amplitudinis fere centum triginta præcise $129\frac{1}{5}$. pendet libras Romanas tritici nouem, olei $10\frac{4}{5}$. vini duodecim, mellis sexdecim cum quinta libræ parte, vt quinque Assarones capiant triginta sex sextarios Rom. Exod. 16. vers. vltimo, & Ezech. c. 45 *Homer est decima pars Ephæ.* Ioseph: Αρχαιολ. l. 3. c. 1. enarrans mannæ historiam, pro homer posuit ἀσσαρῶνα. παραγγέλλεται, inquit, ἑξ ἴσου ἀσσαρῶνα, τουτέστι μέτρον, εἰς ἑκάστην ἡμέραν συλλέγειν. Idem lib. 3. cap. 7. διετίθεσαν ἄρτους τε δώδεκα ἀζύμους κατὰ ἓξ ἐπ᾽ ἀλλήλους κειμένους καθαροὺς πάνυ τοῦ ἀλεύρου ἐκ δύο ἀσσαρώνων, ὁ μέτρον ἑβραίων ἑπτὰ κοτύλας ἔχει Ἀττικάς, vbi recte monet Agricola, cotylas sumi pro sextariis, quod non raro fieri supra notauimus. Præterea numerum integrum ponit pro decurtato, quem non neglexit Epiphanius τὸ δὲ γόμον, inquit, (legendum, τὸ δὲ γόμος) δέκατον ἦν τοῦ μεγάλου μέτρου, τουτέστι τῆς ἀρταβῆς (lege, τοῦ βάθου, vel τοῦ βάθου) ὃ γίνεται ἑπτὰ ξεστῶν καὶ πέμπτον, (lege πέμπτου) hoc est, Homer capit sextarios Romanos $7\frac{1}{5}$. Idem: δύο εἰσὶ γόμος, μέγα καὶ μικρὸν, ὧν τὸ μέγα ἰσὸ μετρὸν ἐστι τοῦ λέθεκ δεκάπεντε, καὶ αὐτὸ ὂν μοδίων, τὸ δὲ μικρὸν δώδεκα βάθου, lege δέκατον βάθου. Sed ne in antecedentibus quidem quidquam est ὑγιές. Res ita se habet: Hebræis duæ sunt mensuræ sono vtcunque consimiles, Homer & Chomer. Homer videlicet est decima pars Bathi vel Ephæ. At vero Chomer capit duos letecos. Letec quindecim modios Atticos, siue sata. Erat autem Homer veluti Chœnix Israelitarum in deserto errantium. Nam singuli singulos in diem Homeres manna plenos, & colligebant, & absumebant, quod sane mirum videri potest. Nam Israelitarum in deserto vita non erat multo laboriosior, quam opilionum. At Chœnix, quam opilionum diximus, est quadruplo, atque adeo fere quintuplo minor hoc Hebræorum Assarone. Sed meminisse debemus, Israelitis nullum ophonium fuisse, præter ipsum manna. Secundo fieri potest, vt manna fuerit tritico multo leuius, circulari sua rotunditate & pellucida plurimum intra se vacui, id est, aeris continens. Tertio fieri potest, vt Israelitarum corpora etiam tum fuerint nostris aliquanto grandiora. Quarto satis constat, Israelitas tum fuisse lurcones & manducones voracissimos. Isidorus hic turbat: Hunc tu sic lege: *Sextarius est duarum librarum. Qui quater assumptus sit Græco nomine Chœnix: quinquies com-*

L *plicatus*

plicatus assaronem siue Gomor facit. Adiice sextum, congium reddit. Hæc falsa quidem sunt, sed veri speciem hanc habent. Sextarius Atticus pendet fere duas aquæ libras. Quinq; Sextarii Attici pleni vino non multo plus pendent, quam Assaron tritico plenus. XXXV.

Celemin Toletanus est aridorũ mensura, habens 6. pollices Toletanos altitudinis, 9. latitudinis, lõgitudinis 10. amplitudinis 540. Atticos $276\frac{12}{27}$. Pollices Attici 276. dant vncias olei $153\frac{1}{3}$. Nos ad subductionis facilitatem trientem illum omittimus. Celemin ergo capit sextarios Toletanos 10. vncias Toletanas tritici 120. olei 144. vini 160. mellis 216. vncias vero Romanas tritici $127\frac{1}{2}$. olei 153. vini 170. mellis $229\frac{1}{2}$.

XXXVI.

Ἡμίεκτον Atticum & O Ephin Ægyptiac. sunt mensuræ aridorum, habentes 4. pollices Atticos altitudinis, 6 latitudinis, 12. lõgitudinis, amplitudinis 288. pollices, inquam, Atticos, Romanos vero $325\frac{27}{48}$. vel quatuor pollices Ægypt. altitudinis, 6. latitudinis, 8. longitudinis, amplitudinis 192. pendetq; Romanas tritici libras 11. cum vna nona, olei 13. cũ triente aquæ $14\frac{22}{27}$ mellis 20. Cleopatra: ἡμίεκτον ἔχει χόας μὲν β. χοίνικας δὲ δ'. Atticos sc. At qui potest ἡμίεκτον capere cõgios, nedũ χόας duos? Omnino non potest. Sed ἡμίεκτον melle plenum tantundẽ pendet atq; duo congii aqua pleni, vel ἡμίεκτον aqua plenũ tantundem fere pendet, atq; duo congii tritico pleni. Diximus.n. ἡμίεκτον aqua plenũ pendere libras Ro. $14\frac{22}{27}$. facessere iubeamus importunum illud fragmentum, ac pro eo sumamus rotundatum & integrũ numerum 15. Omnino Romani congii duo tritico pleni 15. libras Romanas pendent. Apud Aristoph. ἐν νεφέλαις sic inter se iocantur Socrat. & Strepsiades: Σω. ὁ δ' ἐρωτῶ σ' ἀλλὰ τί κάλλιστον μέτρον ἡγεῖ, πότερον τὸ τρίμετρον ἢ τὸ τετράμετρον. De Iambicis versib. interrogabat Socrates, Strepsiades vero de mensuris respõdet. Στρ. ἐγὼ μὲν οὐδὲν πρότερον ἡμιεκτέου. Ego, inquit, ἡμίεκτον pluris facio q̃ omnes Iambicos versus siue trimetros, siue tetrametros. Σω. οὐδὲν λέγεις, ὤνθρωπε. Στρ. περίδου νυν ἐμοί, εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον. Scholiast. ἡμιεκτέου, τοῦ τετραχοινίκου, ὁ γὰρ μέδιμνος χοίνικας (Atticos sc.) ἔχει μη. τούτων δὲ ἕκτον, ὀκτώ. τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ ἕκτου, (id est vox ἡμίεκτον significat) τουτέστιν τῶν ὀκτὼ, τέσσαρες, ὃ καλεῖται τετράμετρον. ὁ οὖν ἡμίεκτος τέσσαρας ἔχει χοίνικας. ἔπαιζε δὲ πάλιν εἰπὼν, οὐδὲν κάλλιον ἡγοῦμαι ἡμιεκτέου μέτρου, τουτέστι τεσσάρων χοινίκων. Hinc colligere est, verũ esse, quod supra monuimus, Chœnicem Atticam μέτρον ἁπλῶς dici solitam veluti per ἀντονομασίαν. Suidas: ἡμίεκτον μέτρον (lege τετράμετρον) τουτέστι δ'. χοινίκων. Hesych οἰφὶν μέτρον τι τετραχοίνικον Αἰγύπτιον, capitq; ergo octo ἶνια Ægyptiaca; vel sextarios Atticos. XXXVII.

Chus Ægyptiacus & G.orgicus & Dadix sunt aridorum mensuræ habentes

habentes tres pollices altitudinis, nouem latitudinis, duodecim longitudinis, amplitudinis trecentos viginti quatuor pollices, inquam, Atticos. Romanos vero $366\frac{27}{128}$ penderq; Romanas libras tritici duodecim & ſemis, olei quindecim cum beſſe, mellis viginti duas cum ſemiſſe, vini ſexdecim cum triente. Cleopatra: ἐν δὲ τοῖς γεωργικοῖς εὗρον τὴν κοτύλην οὖσαν τελῶν τεττάρων ξέςων, τὸν δὲ χοῦν ξεςῶν θ'. κοτυλῶν δὲ ιβ. Georgicarum ſcilicet. Atque hæc eſt, quam diximus, ratio ſeſquialtera inter menſuras Atticas & Georgicas. χοῦς enim Atticus capit ſextarios Atticos ſex, Georgicos nouem. Ad eandem normam multas quoque alias menſuras inter ſe comparandas eſſe rationi conſentaneum eſt, prout ſummo cum iudicio animaduertit Agricola. Ego a. hac in parte ab Agricola diſſentio, quod credo, Georgicas menſuras fuiſſe veteres ante Solonem Atticas, quorũ poſt Solonem vſus in agris tantum remanſit. Eas a. quæ Atticæ nuncupantur, eſſe nouas, & à Solone inſtitutas. Pollux: Δάδιξ μέτρον ἑξαχοίνικον. μάρης δὲ ἑξακότυλον. κοτύλη δὲ τὸ τρίτον τῆς χοίνικος. Vocabula hęc Dadix & Mares, cum in Græcorum ſcriptis non occurrant, Ægyptiaca eſſe cenſeo, vt Dadix ſit Congius Ægyptiacus, habens vndiq; ſenos pollices Ægyptiacos, in vniuerſum 216. Quid ſi dicamus olim ante Solonem pedem Ægyptiacum Græcis in vſu fuiſſe, vnde factum, vt congius Georgicus idem fuerit cum Ægyptiaco. XXXVIII.

Hin Hebræorum, Sextarius Iudaicus & Caſtrẽſis, Aporryma Thebanorum menſuræ ſunt liquidorũ, habentes ſex pollices Rom. altitudinis, 8. latitudinis, 9. longitudinis, amplitudinis quadringentos triginta duos. Vel potius Hin eſt congius Hebræor. ſiue menſura cubica capiens vndiq; ſenos pollices Hebr. in vniuerſum 216. pendentq; libras Rom. tritici 15. olei 18. aquæ 20. mellis 27. R. D. Kimchi, *Hin capit 12. Logos, (ſiue ſextarios Rom.) Log ſex oua*, h. e. ſex myſtra maiora Romana. Ioſeph. Antiq. lib. 3. c. 10. μέτρον δὲ ἐστὶ τοῦτο (nempe Hin) ἐπιχώριον δύο χόας Ἀττικοὺς δεχόμενον. Et c. 11. ὁ δὲ εἶν μέτρον ἀρχαῖον Ἑβραίων. δύναται δὲ δύο χόας Ἀττικούς. Vtrobiq; Ioſephus Choas Atticos ſumit pro congiis Romanis propter analogiã, quæ eſt inter vtrumq;, quod & alias ipſi, & aliis Scriptorib. vſu venit. Sic & Hieronym. in Ezech c. 4. v. 10. *Hin duos χόας Atticos facit, quos nos appellare poſſumus duos ſextarios Italicos: ita vt Hin menſura ſit Iudaici ſextarii, noſtriq; caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiam partem Italici ſextarii.* Hunc locum variè vexat Agricola: ſed manifeſtus eſt ſenſus, nempe ſextarium non Ro. ſed Italicũ, & congiũ Ro. idẽ eſſe. Similiter Hin Hebr. eiuſdem capacitatis eſſe cũ ſextario caſtrenſi ſiue Iudaico. Epiph. τὸ ἶν μέγα (h. e. ſatum vel vrna) ξεςῶν, ιη. τὸ δὲ ἅγιον (h. e. Hin ꝓpriè dictũ; cuius in ſacris multus eſt vſus) ξεςῶν θ'. Quomodo? Eadẽ erroris analogia, quã aliquoties notauim⁹.

Hin tritico plenum pendet quindecim libras, vel centum & octoginta vncias. Tantundem pendent nouem ſextarii Attici oleo pleni. Idem Epiphan. Ἀπόῤῥημα παρὰ μόνοις Θεβαίοις μετρεῖται ἥμισυ ζῶ τοῦ σάτου. ὁ δὲ ἀληθινὸς σάτος (h. e. ſatum) ξεστῶν ἐστὶ κβ'. Vides igitur Epiphanium à ſeipſo emendatum. Nam hin vt & aporryma eſt Seæ vel ſati dimidia pars. Capit ergo reuera non nouem, ſed vndecim fere ſextarios Atticos, Romanos vero duodecim. Aporryma autem Thebanum ex Syriaco pede poteſt ita conſtrui, vt habeat quatuor pollices Syriacos altitudinis, latitudinis ſex, longitudinis duodecim, amplitudinis 288. vt ſit Bes cophini Bœotii & Syriaci.

XXXIX.

Viertheil Heidelbergicum eſt menſura liquidorum habens ſex pollices Heidelbergicos altitudinis, octo latitudinis, duodecim longitudinis, amplitudinis 576. capiens vncias Heidelbergicas tritici 180. olei 216. vini 240. Atticas vero tritici ducentas, olei 240. &c. Dicitur autem Viertheil, id eſt, quartarius ſiue quadrans, quia eſt quarta pars eius menſuræ, quæ vocatur Wernekell.

XL.

Sextarius Pariſinus minor eſt menſura liquidorum, habens ſex pollices Pariſinos latitudinis, totidem longitudinis, altitudinis quatuor, amplitudinis centum quadraginta quatuor. Romanos vero $526\frac{182}{243}$. pendetque Pariſinas libras tritici duodecim, olei quatuordecim, (vel $14\frac{1}{9}$) frumenti ſexdecim, mellis vnam & viginti cum triente. Romanas vero libras tritici octodecim, olei vnam & viginti cum triente, aquæ 24. mellis triginta duos. Sextarius tamen cubicus quatuor aquæ, tritici vero tribus vnciis Pariſinis, hoc nempe cylindrico minor eſt.

XLI.

Modius Romanus & congius Babylonius ſunt menſuræ aridorum, habentes, modius quidem ſex pollices Rom. altitudinis, octo latitudinis, duodecim longitudinis, amplitudinis quingentos ſeptuaginta ſex, congius vero ſenos vndique pollices Babylonios, pendetque libras Romanas tritici viginti, olei viginti quatuor, aquæ viginti ſex cum beſſe, mellis triginta ſex. Plin. lib. 18. c. 10. *Raro modius grani non XVI. libras implet, h. e. etiamſi hordeo leuiſſimo modium impleas, tamen pendebit vt minimum libras XVI.* Idem cap. 7. *Leuiſſimum ex his hordeum XV. libras raro excedit, & faba XXII. Nunc ex his tritici generibus, quæ Romam aduehuntur, leuiſſimum eſt Gallicum, atque è Cherſoneſo aduectum, quippe non excedunt in modium vicenas libras, ſi quis granum ipſum ponderet. Adiicit ſardum ſelibras. Alexandrinum trientes. Hoc & Siculi pondus Bœoticum totam libram addit. Africum & dodrantes.*

h. e.

h.e. in vniuresum $21\frac{3}{4}$ Cum ergo Plinius addit, in Transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere circa Clusium & Senas. Id omnino intelligendum est de modio non Romano, sed ad Cophini pondus accedente. *Nam ponderosius*, inquit idem Plinius, *far fabis, magisq; etiam nunc triticum*. Si ergo modius farris pendebat libras 25. certe modius tritici pendebit libras 26. aut 27. Atqui supra dixerat, modium tritici Gallici pendere tantum viginti libras, quod & nos experimento scimus. Quis vero credat inter triticum & triticum tantum esse discrimen, vt eadem mensura alio atque alio tritico plena pendeat modo viginti tantum, modo 26. aut 27. libras. Pergit Plinius: *Lex certa naturæ, vt in quocunq; genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat, sicut optimum frumentum esse, quod in subactu congium aquæ capiat*, vt scirem, quomodo hæc Plinii verba intelligenda essent, iussi periculum fieri in eo genere panis, quo ego vtor, quod hic in medium adducere non pigebit. Sedanensis tritici non contemnendi quartarius rasus, antequam ad pistrinum deueheretur, compertus est pendere tantum libras Parisinas vnam & quadraginta, & paulo plus, deducto sacci pondere. Relata è pistrino, forma pendebat tantum quadraginta libras, ac duas vncias, euanuerant ergo circiter quatuordecim vnciæ in puluerem. Nihil enim decerptum fuisse, mihi affirmabant domestici, subducti furfures pendebant nouem libras, & duas vncias, simila seorsim appensa non est, quod tamen fieri debuit. Pendebat igitur hæc circiter triginta libras & semis, aut aliquantulo plus. Nam aliquid euanescat, & de pondere decrescat, necesse est. Hinc similæ fermentoque eius subigendo opus fuerunt Parisinæ aquę libræ quindecim. Itaque farina iam subacta pendebat libras quadraginta quinque, & vncias octo. Ex ea confecti sunt grandiusculi panes sex, qui simul omnes adhuc calidi pendebant quadraginta libras, & vncias quinque cum semisse. Frigidi vero non appensi sunt, sed pendere poterant circiter quadraginta libras, nam per exhalationem aliquid semper decrescit de pōdere, donec plane refriguerit panis. Vides ergo ex triginta circiter similæ libris confectas quadraginta panis cibarii libras, atque ita tertia portio non quidem ad tritici, sed ad simile pondus accessit. Triticum vero & panis cibarius ex eo confectus subducto in furfures circiter farinę quadrante, eiusdem fere fuerunt ponderis. Rursus farinæ libras vnam & viginti, Parisinas siue Rom. triginta duas appendi iussi, & ex ea confici panes antopyros, hoc est, nullis prorsus furfuribus detractis: hi iam frigidi pendebant libras Parisinas viginti sex, & drachmam insuper Romanas vndequadraginta cum besse. Ita quinta fere tritici vel farinacei ponderis pars ad panis pondus accessit. Vigenerus ait,

se sextarium siliginis Parisinum comperisse, pendere libras 220. Relata è pistrino farina tres libras minus pendebat. Ex ea confectæ sunt panum autopyrorum 34. δωδεκάδες, quorum massa anteq̃ furno imponeretur, pendebat vncias quaternas & denas. Iidem vero panes iam cocti & frigidi pendebant vncias duodenas, ita pendebant simul omnes libras Parisinas sex & trecentas. Hæc farina bessem aquæ fere hausit. Duodecim farinæ libræ dederunt circiter 20. massæ libras, panis v. 17. Sed Plinius nõ ea semper, quæ αὐτόπτης experimento certo compererat, sed & quæ per trãsennam viderat, in confabulationib. audiuerat, aut cursim legerat, ἀβασανίστως in aduersaria sua conferebat, ex quib. postea libros suos confecit. Tu ergo Plinii verba eo modo intelligito, quo accipienda esse docet ipsa rei veritas & experientia. Cum, inquam, ait, *Quibusdam generibus per se pondus accedit, sicut Balearico modio* (lege modius) *tritici panis pondo reddit triginta*; intelligendum id de farina subacta, non in panes excocta. Modius tritici Romanus pendet libras 20. Huius tritici farinæ (nullis subductis furfurib.) subigẽdæ opus erunt vt minimum decem aquæ libræ, ita fiunt triginta libræ, ex quib. ignis nonam circiter partem absumit. Ita remanẽt libræ 26 $\frac{2}{3}$. Pergit Plinius: *Quibusdam in binis mixtis vt Cyprio & Alexandrino viginti prope libras non excedentibus Cyprium fuscum est, panemq; nigrum facit. Itaq; miscetur Alexandrinum candidum, redduntq; 25. pondo. Thebaicum libras adiicit*, h. e. ex Thebaici tritici modio nullis excretis furfurib. fiunt panis põdo XXVI. quod facile credi potest. Quod si panes illi pependissent põdo viginti sex cum besse, tum præcise pani autopyro tertia portio ad panis pondus accessisset. Hoc videtur obseruasse Cato, cum compeditis suis dabat in diem panis pondo quaterna, villico vero modios in mensem quaternos, & semissem per æstatem. Nam modii quatuor & semis pendent libras 90. huic ponderi accedat in subactu tertia portio, fient libræ 129. ex quib. fient panes triginta quaternarum librarum. Cæterum modium etiam medimnum dictum, docet Hesychius, διμέδιμνον μέτρον χωροῦν δύο μοδίους. Et Cicero Verrina p. 123. *Vt probaret hoc Apronius, triticum imperat Verres Agyrinensibus, vti in medimna singula dentur Apronio sestertii terni*. Et p. 126. *Itane dissolute decimas vendidisti, vt cum medimnum quindecim millibus vænissent, hoc est, HS XXXXV. vt lucri Decumano HS MMM darentur.* Atqui passim ex Cicerone constat, hoc fuisse sæpe modii Romani pretium, vt binis, ternis, aliquando & quaternis sestertiis veniret. Cæterum Cato cap. 58. *Oleum in menses dato vnicuiq; sextarium, salis vnicuiq; in anno modium, satis est.* Sed obseruatione dignum est, quod mensura liquidorum, quæ hodie Romæ Congitellus vocatur, est eiusdem cum hoc prisco Romanorum modio capacitatis, capitq; cabos, capithas vel bocales 4. folietas 8. Con-

gitelli

gitelli vox est diminutiua, quasi congiolum dicas. Certe formæ huius analogia id postulare videtur. Sed potuit huic congio diminutiua affingi forma per Antiphrasin, quemadmodum cum Romani duos Gigantes vocarunt, alterum Pusionem, alterum Secundillam. Hic ergo congium ἁπλῶς significat, quia reuera mensura hæc est congius non quidem Romanus, sed Babylonius reliquorum omnium amplissimus, si primarium excipias.

XLII.

Καλθὸς Atticus est mensura aridorum, habens sex pollices Atticos altitudinis, octo latitudinis, 12. longitudinis, amplitudinis 576 Romanos 651 $\frac{7}{24}$. capiens vncias Atticas tritici 266 $\frac{2}{3}$. olei 320. aquæ 360. mellis 480. Probationes vide sup. in voce ἡμίεκτον.

XLIII.

Cophinus videtur fuisse mensura tam liquidorum, quam aridorum, habens octo pollices Atticos altitudinis, 9. latitud. longitud. totidem, amplitudinis 648. Romanos 732 $\frac{7}{64}$. vt penderet libras Romanas tritici 25, olei 30. aquæ 33. cum triente, mellis 40. Hesychius: κόφινος μέτρον χωροῦν χόας τρεῖς. Syrus Interpres vocem retinet Mat. 17. 20. cum alioqui vox Syriaca significat foramen acus & securis. Pollux: οὐ μόνον δὲ ἡ κοτύλη καὶ ὑγρῶν ἦν καὶ ξηρῶν μέτρον, ὡς πολλαχόθεν ἡ κωμῳδία ὑποδηλοῖ, ἀλλὰ καὶ κόφινος μέτρον Βοιώτιον ἄμφω μετρεῖν. Στράττις γοῦν φησὶν ἐν τῷ Κινησίᾳ, τὰ δ' ἄλφιτα ἡμῖν πῶς ἐπώλουν, τεττάρων δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον, τί λέγεις, μέτρῳ ἐχρῶντο κοφίνῳ, ἢ τοῦτο ταῦθ' ὅτι οἴνου κόφινος, δυνάμενος τρεῖς χόας πορρῶν ταῦτα τοῖς κοφίνοις. Locus corruptus, nescio an sic restitui possit, μέτρῳ ἐχρῶντο τῷ κοφίνῳ καὶ ἐν τοῖς ξηροῖς, ἢ δῆλον ὅτι ἐνταῦθα πυρῶν κόφινον λέγει, ὅτι οἴνου κόφινος δυνάμενος τρεῖς χόας τοσαύτας δραχμὰς ἐδύνατο. Falsum, inquit, videtur, quod respondet seruus cophinum farinæ vænisse 4. drachmis. Nam hæc est summa annonæ caritas: sed ita seruili dolo respondisse videtur, quia cophinus vini totidem drachmis constare poterat, quod est sane commodum vini pretium, qua ratione Parisina vini pinta duobus circiter solidis æstimari poterit. Potest & dici cophinus capere tres congios non Atticos, sed Romanos. Hac ratione Syriaca vox Syriaco pedi conueniet, vt habeat sex pollices Syriacos altitudinis, latitudinis totidem, longitudinis 12. amplitudinis 432. ita pēdebit vncias tritici 270. olei 324. vini 360. mellis 486. Cadmus a. Thebarum conditor, quibus mensuris potius vsus sit, quam Syriacis homo Syrus.

XLIV.

Modius aut Boeotius siue Bossellus Parisinus (vulgo Boisseau) est mensura aridorū Romano modio ἀνάλογος, habens sex pollices Parisinos altitudinis, 8. latitudinis, 12. longitudinis, amplitudinis 576. Romanos vero septingentos nonaginta & $\frac{10}{81}$. penderque Parisinas tritici libras

libras octodecim, olei vnam & viginti cum triĕte, aquæ viginti quatuor, mellis triginta duas, vel Romanas libras tritici 27. olei triginta duas, aquæ 36. mellis duodequinquaginta. Budæus, *Cum vasculum*, inquit, *dodrantale* (hoc est, ternos semisextariolos Parisinos capiens) *tritico primæ bonitatis implerem, identidemq; in modium* (id est, Bossellum) *transfunderem, non ante adæquatum ad summa labra reddidi, quam sedecies impletum, identidem vasculum in modium transfundi. Id cum ad pintam exigerem, duodecies exhausi exacta obseruatione transuasando.* Atque hæc quidem Budæus vere & accurate. Sed in eo fallitur, quod putat modium Rom. eiusdem fere fuisse capacitatis cum modio Parisino, cum tres modii Parisini quatuor Romanos capiant. In eo tamen conueniunt, quod Modius Rom. melle plenus tantundem pendet, atque modius Parisinus aqua plenus.

XLV.

Vrna Romana in liquidis, Satum Hebræorum & modius Atticus in aridis, mensuræ sunt habentes, vrna quidem sex pollices Rom. altitudinis, nouem latitudinis, sexdecim longitudinis, amplitudinis octingentos sexaginta quatuor. Satum vero sex pollices Hebraicos altitudinis, octo latitudinis, nouem longitudinis, amplitudinis 432. Modius Atticus sex pollices Atticos altitudinis, decem latitudinis, tredecim longitudinis, amplitudinis 780. pendentq; libras Rom. tritici triginta, olei triginta sex, vini quadraginta, aquæ quadraginta cum semisse, mellis quinquaginta quatuor. Dioscorides: ἡ ὕδρια ἐλαίου λίτρας λϛ´. ἡ ὑδρία οἴνου λίτρας μ´. R. D. Kimchi: *Sea est tertia pars mensuræ, quam vocant Epha.* Bahal Harus in voce Ciccar ככר. *Sea capit sex cabos, quatuor Seæ conficiunt viginti quatuor cabos,* Seam quoq; recentiores Hebræi vocant denarium, id est, drachmam. Monuimus enim Iudæos semper pro drachma denarium accipere. Quemadmodum igitur denarius, id est, drachma pendet duodecim Pondionim σταθμικά, sic Sea capit duodecim pondionim μετρικά. Idem Bahal Harus in voce kab כב. *Tres denarii, inquit, capiunt octodecim cabos eadem ratione, qua quatuor seæ selabum implent. Sicut enim Selab pendet quatuor denarios, sic quatuor seæ selabum implent, vel in selabum congeruntur. Itaque sea denario respondet. Tres denarii sunt tres seæ, & tres seæ sunt octodecim kabi.* Hæc R. Nathan. R. Schelomoh in Leuit. c. 14. *Satum habet sex Kabos. Kabus quatuor Logos.* Hieron. in Mat. c. 13. *Satum genus est mensuræ iuxta morem Palæstinæ Prouinciæ, vnum & dimidium capiens modium*, Romanum scilicet. Iosephus Ἀρχαιολογ. l. 9. c. 2. ἰσχύει δὲ σάτον μόδιον καὶ ἥμισυ ἰταλικόν. Epiphanius: τὸ σάτον ιϛ´ ξεστῶν, lege, κϛ´. & intellige de sextariis Atticis, vel lege κδ´. & intellige de sextariis Rom. Eadem mensura modius appellatur. Modius, inquam, Atticus, Hebraicus, & fortasse Babylonius. Epiphanius: ὁ μόδιος δὲ τούνομα, inquit,

inquit, διὰ πόλλῆς ἀκριβείας ὑπὸ τῶν Ἑβραίων εὑρέθη εἴκοσι δύο ξεστῶν ὑπάρχον, multis verbis in hunc numerum ἀλληγορεῖ ζει, sane perquam ridicule. Beauit tamen nos hæc allegoria, quæ veram Attici modii & Hebraici sati capacitatem nos edocuit. *Quemadmodum*, inquit, *Veteris Testamenti Canon viginti duos libros complectitur, ita alphabetum Hebræorum viginti duo elementa, & satum Hebræorum, quod ab ipsis κατ' ἐξοχὴν modius, siue midda, h. e. μέτρον ἁπλῶς dicitur, capit viginti duos sextarios*, Atticos videlicet. Nam si accurate loqui velis, satum Hebræorum capit sextarios Rom. 24. Atticos $21\frac{1}{2}$. sed audi altius mysterium: καὶ ἐγενήθησαν ἡμῖν κβʹ. ξέσται ὃ καλεῖται παρ' Ἑβραίοις μόδη, παρ' Ἕλλησι μόδιος διὰ τὴν τραχύτητα, παραπλησίως δὲ καὶ Αἰγύπτιοι μετὰ τοῦ ῦ τοῦτο καλοῦσι, ὁμοίως δὲ καὶ Σύροι καὶ Ἄραβες μόδιον λέγουσιν, ὃ ἑρμηνεύεται ὁμολογία. πληρωθεὶς γὰρ ὁ μόδιος ὁμολογεῖται ὅτι πεπλήρωμαι, καλεῖται δὲ καὶ γνώμων. Epiphanius cum inquireret, an vox μόδιος aliquid apud Hebræos significaret, offendit Iudæum aliquem, non tam ignarum, quam εἴρωνα, qui respondit Epiphanio, vocem hanc Hebraice scribi מודה, μόδη, hoc est, ὁ ὁμολογούμενος. Sed aut illa vox μόδιος nihil cum Hebræo habet commune, & ignotæ est originis, aut fit ab Hebræa voce מדדה Middah, h. e. μέτρον, quod Græci διὰ τὴν τραχύτητα corruperunt in μόδιος. Eadem allegoria, sed interpolata extat etiam apud Isidorum Originum lib. XVI. c. 25. *Modius dicitur ab eo, quod sit suo modo perfectus. Est autem mensura librarum XLIII. id est, Sextariorum XXII. cuius numeri causa inde tracta est, quod in principio Deus XXII. opera fecerit.* Vide reliqua ad allegoriam pertinentia. Pro XLII. legendum XL. vel XLS. Nam nullo, quod quidem sciam, modo possunt modio vere tribui libræ XLIII. Sed, vt diximus, pendet præcise vini libras XL. aquæ XLS. Pergit Isidorus: *Satum genus est mensuræ iuxta morem Prouinciæ Palæstinæ vnum & dimidium modium capiens. Cuius nomen ex Hebræo tractum est. Satum enim apud eos nominatur sumptio siue leuatio, eo quod, qui metitur, eandem mensuram sumat ac leuet. Est & aliud satum mensura sextariorum XXII. capax quasi modius.* In Etymologia non fallitur Isidorus: Radix enim סאה si non Hebræis, saltem in Arabica lingua significat attollere, transferre. At in definitione plurimum fallitur: Quia enim audiuerat alios dicentes, Satum esse modium, alios qui dicerent, satum esse sesquimodium, ideo putauit duplex esse satum, cum reuera multiplex sit non satum, sed modius. Satum est sesquimodius Romanus, idem satum est modius Atticus, Syriacus, Arabicus, & Babyl. &c. Itaq; Syrus Interpres Noui Test. Græcam vocem μόδιος semper vertit satum. Mat. V. 15. Mar. IV. 21. Luc. XI. 33. Vicissim satum LXX. vertunt modium, Genes. XVIII. 6. 1. Sam. XXIV. 2. Reg. VII. bis terue. Cum ergo Syrorum quoque propria sit hæc mensura, habebit octo pollices Syriacos altitudinis, totidem latitudinis, longitu-

M dinis

dinis nouem, amplitudinis 576. Poterit quoque Babyloniis conuenire, si modo tribuantur ipsi quatuor altitudinis pollices Babylonii, latitudinis nouem, longitudinis nouem, amplitudinis 324. capietque capithas Babylonias quatuor. Quod autem satum Epiphanius cum Ægyptiaco quoque modio componit, id facit propter affinitatem potius, quam quod modius Hebraicus sit Ægyptiaco prorsus æqualis.

XLVI.

Modius Ægyptiacus habet sex pollices Ægyptiacos altitudinis, nòuem latitudinis, decem longitudinis, amplitudinis 540. capitque vncias Rom. tritici 375. olei 450. vini quadragintas, mellis 675. hyphas Ægyptiacas decem, Hinia viginti. Attico quoque modio videntur commode tribui posse Attici sextarii $21\frac{3}{4}$. pollices Attici 783. vnciæ Rom. tritici $362\frac{1}{2}$. olei 435. &c.

XLVII.

Simmer Heidelbergicus & Quadrantal Toletanum, vel Arroba Toletana mensuræ sunt aridorum, eiusdem fere capacitatis. Et Simmer quidem habet octo pollices Heidelbergicos altitudinis, duodecim latitudinis, totidemque longitudinis, amplitudinis 1152. pendet vncias Heidelbergicas tritici trecentas sexaginta olei 432. vini quadringentas octoginta, mellis 648. libras vero Rom. $33\frac{1}{3}$. olei quadraginta, aquę 45. mellis 60. Est, inquam, dimidia pars ℘ Werntzel, quemadmodum Viertheil dimidia pars Simmeri, & Impfell ℘ Viertheil. Arroba vero אלרבע est vox Arabica, quę potest significare tum quadrantem, tum quadrantal. Vtraq; significatio Arrobæ Toletanæ competit. Primum enim est quadrantal Toletanum, hoc est, mensura cubica ex pede Toletano confecta, duodenos vndique pollices Toletanos habens. Præterea Arroba tritici plena cum exiguo τῆ ἡμιδωδεκάτῃ auctario efficit quadrantem Quintalis Toletani. Pendet enim libras Toletanas 24. tritici, olei $28\frac{4}{5}$ vini 32. mellis $43\frac{1}{5}$ Libras vero Rom. tritici 34. vncias 408. olei $489\frac{3}{5}$ vini 544. mellis 734. vncias denique Parisinas tritici 350. olei 420. aquæ $47\frac{1}{2}$. mellis 630.

XLVIII.

Modius Siculus est aridorum mensura habens octo pollices Rom. altitudinis, 12. latitudinis, totidemque lōgitudinis, amplitudinis mille centum & quinquaginta duos, pendetque libras Rom. tritici 40. olei duodequinquaginta, vini 54. mellis 72. Ita modius Siculus capit præcise duos Romanos modios. Definitionem hanc colligo ex aliquot Ciceronis locis in Verrinis.

XLXIX.

XLIX.

'Αμφορεὺς γεωργικὸς est mensura liquidorum, habens nouem pollices Atticos altitudinis, latitudinis 12. totidem lõgitudinis, amplitudinis mille ducentos nonaginta sex, Romanos 1464 $\frac{27}{32}$. pendetque libras Rom. tritici quinquaginta, olei 60. aquę 67 & semis, vini 66. cum besse, mellis 90. Cleopatra: ἐν δὲ τοῖς γεωργικοῖς εὗρον ἀμφορέα ξεστῶν λϛʹ. κοτυλῶν μή. Georgicarum scilicet. Cum ergo audis ἀμφορέα γεωργικὸν capientem sextarios Atticos 361. hinc colligere potes, fuisse & ἀμφορέα 'Αττικὸν capientem sextarios Atticos 24. vncias tritici Romanas 40. olei 480. aquæ 540. mellis 720. quia tamen nusquam legi hanc 'Αττικοῦ ἀμφορέως definitionem, ideo rem Studiosis amplius inquirendam relinquimus. Hoc tantum monebo, si Amphoreus Atticus sit Georgici bes, tum erit Heidelbergico Simmero æqualis.

L.

Amphora, Quadrantal Rom. siue κεράμιον aut Dorach Italicum est mensura liquidorum, cubica habens quaquauersum duodenos pollices Rom. siue pedem Rom. in vniuersum pollices Rom. mille septingentos duodetriginta, pendetque libras Rom. tritici sexaginta, olei septuaginta duas, vini 80. mellis centum & octo.

Volusius: *Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios quadraginta octo, heminas nonaginta sex, quartarios centum nonaginta duos, Cyathos quingentos septuaginta sex.*

Fannius:

Pes longo spatio, latoq; notetur in anglo, (lege, & alto)
Angulus vt par sit quem claudit linea triplex
Quatuor ex quadris medium cingatur inane,
Amphora fit cubus, quam ne violare liceret
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Atque hæc causa est, cur Capitolinam Amphoram vocet Iulius Capitolinus in Maximino. Cleopatra: τὸ Ἰταλικὸν κεράμιον χόας ή. h. e. congios octo. Galenus: τὸ κεράμιον (Romanum) ἐλαίου ἔχει λίτρας ιβ. οἴνου λί. π. μέλιτος λίτρας ρή. Cleopatra idem, quin & Dioscorides in oleo & vino. Festus: *Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Græco ἀμφορέαν dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios.*

Serapion: *Dorach Italicum habet choas octo. Chus Acsat Romana sex*, id est, ξέστας ϛ. Abensina: *Dorach Italicum est Iohein VIII. & Iohein, Acsat Romana sex.* Cum ergo Serapion ait, Aldorach lib. III. omnino legendum lib. L X X X. Iohein ab Hin , formatur eadem ratione , qua Iosue ab Hosca, & sexcenta alia. Congium autem Rom. Arabes vocant Hin propter analogiam, quia Hin conficitur ex Hebræorum semipede, quemadmodum congius Rom. ex semipede Romano. Alioqui Hin duplo capacior est congio Romano.

LI.

Ceramium siue quadrantal Atticum, Werntzel Heidelbergicum, & Quartarius Sedanensis, sunt aridorum mensuræ eiusdem capacitatis. Et Ceramium quidem Atticum conficitur ex Attico pede cubico, quemadmodum Ceramium Italicum siue Amphora Romana ex pede Romano, ac proinde capit pollices Atticos 1728. Romanos $1953\frac{1}{3}$. pendetque libras Rom. tritici sexaginta sex cum besse, olei octoginta, aquæ nonaginta, mellis centum & viginti. Dioscorides: τὸ κεράμιον μέλιτος ἔχει λίτρας ρκ.

Wernetzel autem Heidelbergicum habet pollices Heidelbergicos altitudinis octo, latitudinis duodecim, longitudinis viginti quatuor, amplitudinis 2304. vel pedes Heidelbergicos longitudinis duos, latitudinis vnum, altitudinis bessem, amplitudinis vnum cum triente, pendetque libras Heidelbergicas siliginis vnam & quadraginta, tritici quadraginta quinque, olei 54. vini sexaginta, mellis vnam & octoginta, ac proinde libras Rom. tritici $66\frac{2}{3}$. &c. Capit, inquam Simmeros duos, Wierteil quatuor, etiamsi Wierteil proprie sit liquidorum, Simmer & Wernetzel aridorum. Quartarius Sedanensis multis vicinorum oppidis communis ita dicitur, quod sit sextarii triticarii quadrans. Sextarius autem triticarius dici videtur, quasi sesextarius, id est, ἡμίεκτον. Nam tum Lutetiæ, tum hic & alibi in Gallia est non sexta, sed duodecima pars eius mensuræ, quam vocant Muid, vel muyd. Nobis distinctionis ergo mudium vel modium dicetur neutro genere. Sedanensis ergo quartarius rasus pendet libras tritici Parisinas vnam & quadraginta cum semisse, aut, si triticum sit quamoptimum, libras integras quadraginta duas Parisinas. Romanas vero sexaginta quatuor, siue mauis vncias Parisinas 672. Romanas 768. atque ita capit congios Sedanenses cubicos $9\frac{1}{5}$. Congios vero cylindricos, quos potos vocant, nouem cum triente. Sed quoties triticum venditur, solet huic raso quartario apponi duplex auctarium. Primum legitimum, alterum propemodum arbitrarium. Auctarium lege præscri-

præſcriptum eſt vnius ἡμιδωδεκάτης ſiue viceſimę quartę partis. Itaque quartarius cum hoc auctario præciſe reſpondet Attico Ceramio. Pendet enim Pariſinas tritici libras $43\frac{3}{4}$ Romanas $66\frac{2}{3}$. ſiue mauis vncias Pariſinas ſeptingentas, Romanas octingentas, atque ita capit congios Sedanenſes cubicos decem. Secundum autem auctarium, etiamſi proprie ſit arbitrarium, tamen ab iis, quorum fidei res committitur à Magiſtratu, ita fere ſolet diſpenſari, vt quartarius optimi tritici cum hoc ſecundo auctario pendeat libras Pariſinas quadraginta quinque, vncias ſeptingentas & viginti, atque ita capit congios Cylindricos decem. Hæc duo auctaria ſimul iuncta conficiunt τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, cuius loco (vbi res priuati hominis arbitrio geritur) alii τὴν πεντεκαιδεκάτην tantum, aut etiam ἑκκαιδεκάτην dant, alii contra τὴν δωδεκάτην exigunt. Hæc eo accuratius à nobis indagata, & enarrata ſunt, quia nobis perſuademus, neminem poſſe hoc menſurario negotio probe fungi, niſi prius municipales regionis, aut vrbis, quam incolit, menſuras quam accuratiſſime inter ſe comparare didicerit.

LII.

Semimedimnus Pariſinus, vulgo minotus, ſiue quadrantal Pariſinum eſt menſura aridorum cubica ex pede Pariſino confecta, habens vndique duodenos Pariſinos pollices. Capit ergo Minotus in vniuerſum pollices Pariſinos 1728. Romanos circiter $2370\frac{10}{27}$. pendetque libras Pariſinas tritici quinquaginta quatuor, olei ſexaginta quatuor, aquæ ſeptuaginta duas, mellis nonaginta ſex. Romanas vero libras tritici 81. olei nonaginta ſex, aquæ 108. mellis centum quadraginta quatuor. Hinc conuenit, quod Budæus ait, amphoram è Gallico pede confectam capere pintas Pariſinas triginta ſex. Quod autem Temporarius Bleſenſis Iuriſconſultus in ſuo de menſuris opere M.S. ait, amphoram è pede Gallico confectam pendere tantum vncias aquæ mille centum & duas, cum amphora ex pede Pariſino capiat pintas triginta ſex, ac proinde pendeat libras Pariſinas 72. vncias Pariſinas 1152. hoc eſt, vncias quinquaginta plus quam Temporarii quadrans, id vitio fabrorum contigit, qui Temporarii Quadrantal aliquanto breuius fecerant, quam par eſſet. Omnino enim minotus cylindricus pendet libras, vt diximus, tritici quinquaginta quatuor, ac proinde aquę ſeptuaginta duas, h.e. vncias Pariſinas tritici 864. aquæ 1152. ſed minotus ille Cylindricus cubico duodeuiginti aquæ vnciis capacior eſt, vt docet analogia, quam ſupra notauimus, ac proinde minotus cubicus ſiue Quadrantal ex pede Pariſino confectum pendebit tantum mille centum & triginta quatuor vncias

aquæ Parisinas, tritici vero octingentas & quinquaginta cum semisse, prout me expertum esse iam supra monui. Budæus minotum hunc quadrantem appellat, habita scil. sextarii triticarii ratione.

LIII.

Maris est mensura Persica, habens quatuor pollices Persicos altitudinis, 12. latitudinis, longitudinis 25. amplitudinis 1200. capiens vncias Rom. tritici mille, olei 1200 aquæ 1350. mellis 1800. Polyænus strat. l. 4. μάρις δὲ δύναται χοεῖς Ἀττικοὺς, vel est mensura Babylonia, habens pollices Babylonios altitudinis nouem, latitudinis decem, totidem longitudinis, amplitudinis nongentos.

LIV.

Bath & Epha Hebræorum, Hydria Romanorum, Metretes, Cadus & amphora Atheniensium mensuræ sunt eiusdem capacitatis, sed ita vt hydria habeat pedem Rom. altitudinis, totidemque latitudinis, sesquipedem vero longitudinis, amplitudinis pollices Romanos bis mille quingentos 92. Metretes vero 13. pollices Atticos latitudinis, nouem altitudinis, 20. longitudinis, amplitudinis 2340. Batus deniq; 9. pollices Hebraicos altitudinis, 12. latitudinis, totidemque longitudinis, amplitudinis 1296. pendentque libras Rom. tritici 90. olei 108. vini 120. aquæ 121½. mellis centum sexaginta duas. Iosephus Ἀρχαιολ. l. 8. c. 2. ὁ δὲ βάδος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα δύο, Romanos scilic. Epiphan. βάδος, vel, vt legit Agricola, βάθος ἑρμηνεύεται ἐλαιοληνεῖον, ἔστι δὲ ξεστῶν πεντήκοντα. κόλλαθον δὲ παρὰ τοῖς Σύροις τὸ ἥμισυ τοῦ ἐγγὺς βάδου ἔστι δὲ ξεστῶν κέ. Eadem erroris analogia, quam sæpius iam explicauimus. Bathus tritico plenus pendet vncias Rom. mille & octoginta, diuide id per quinquaginta, habebis vncias 21⅗. atqui tantundem fere pendet Atticus sextarius vino plenus. Hinc est quod putat Epiphan. Bathum capere tantum sextarios Atticos 50. collathum siue dimidium Bathum XXV. Nisi quis dicat, quod certe malim, Epiphanium eam Hebræorum Batho definitionem tribuere, quæ Ægyptiaco Batho proprie conueniat. Hoc modo Collathum erit idem, quod modius Ægyptiacus, siue Collathum sit liquidorum, modius aridorum mensura, vt Hebræis Bat, & Epha eiusdem interim capacitatis, siue modium suum Ægyptii collathum vocabant. Ita Batus Ægyptiacus habebit 9. pollices Ægyptiacos altitudinis, decem latitudinis, 12. longitudinis, amplitudinis 1080. capietque sextarios Romanos 50. præcise, libras tritici 62½. siue vncias Rom. 750. olei nongentas, vini mille, mellis 1350. modios Ægypt. 2. hyphas 20. Hieroym. in Esaiæ c. 5. *Bathus tres amphoræ*, h. e. tres vrnæ Romanæ. Bat a. in liquidis idem est, quod Epha in aridis. Ezech. 45. v. 11. LXX. passim Epham vertunt τρία μέτρα, pro, tria sata vt Ex-

vt Exod. XVI. τὸ δὲ γόμορ τὸ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἦν. Chaldæus Paraphrastes : *Homer est decima pars trium satorum.*

Fannius:

Attica præterea dicenda est amphora nobis
Seu Cadus, hanc facies si nostræ adieceris vrnam.

Amphora ergo capit sextarios Atticos 65. Romanos 72. Atque ita nunc quoque, vt & in modio Atticæ mensuræ cum Rom. conueniunt, ita tamen, vt si τὸ ἀκριβὲς exquisitæ analogiæ exigas, dici possit amphora Attica quatuor olei vnciis cado Romano capacior. Isidorus Originum l.16.c.25 *Cadus amphora Græca est, continens amphoras tres*, id est, vrnas. Est autem cadus Hebræa vox hydriam significans, vt videre est Gen. XXIV. Pollux libr. X. ait, amphoram metretam à Cratino appellatam. Suidas: μέδιμνος μ δ' ον ἓξ, ὡς εἶν μέτρον ξεστῶν οϛ'. ἤτοι λιτρῶν ρή. Error siue librarii siue Suidæ ipsius, qui imposuit Agricolæ, alioqui castigatissimi iudicii viro. Sic ergo legendum, μέδιμνος μοδίων ἓξ, μετρητὴς ξεστῶν (Rom.) οβ', ἤτοι λιτρῶν ρή. nempe si oleo impleatur. Dioscorides l.5.c.82. Ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόεις δέκα. Sic Hautinus, sic & Budæus legit. Perperam ergo Ruellius, Alciatus, Agricola, receptam lectionem conuellunt, vt substituant vocem δώδεκα. Metretes enim capit Romanos quidem congios 12. Choas vero Atticos decem cum quatuor quintis, quam adiectionem neglexit Dioscorides. Sic Metretes capit sextarios Rom. 72. Atticos 65. fere, vel $64\frac{4}{5}$. Nicandri interpres: ὁ μετρητὴς ἔχει ξέστας ἑβδομήκοντα δύο. Luc. 16.6. ἑκατὸν βάθους ἐλαίου. Syrus Interpres vertit: מאהמקרין centum metretas. Sed lubens crediderim, Metretam Atticam capere præcise 65. sextarios Atticos, ac proinde vncias Rom. tritici $1083\frac{1}{3}$. olei mille trecentas &c.

Ioannis 2. 6. μετρητὰς δύο, Syrus Interpres vertit קריצרבעיצ duo quadrantalia, quod si perperam ab illo dictum est, tum hæc erit causa erroris, quod Quadrantal Atticum, h. e. cubus Atticus melle plenus tantundem pendat, atque Bat oleo plenus, sed procul à vero discedit Garaultius, primum quod putat, Amphoram Atticam esse quadrantal Atticum, secundo, quod sic argumentatur: *Si quadrantal Atticum capit tres vrnas, Romanum vero duas, vt vult Fannius, tum sequetur vt pes Atticus sit sesquipes Romanus*, quod est ἀσυλλόγιστον. Nam amphora Attica reuera continet vrnas tres, pollices Rom. 2502. Amphora Romana siue quadrantal Rom. pollices Rom. 1728. si capacitatē consideres, sane proportio est sesquialtera, sed radix cubica non capacitas ipsa consideranda est.

Ergo

Ergo huius numeri 1728. radix cubica est 12. Illius vero 2592. quia cubicus non est, radix cubica præcise dari non potest, sed est numerus medius inter 13. & 14. Cubus numeri 13. est 2197. Cubus numeri 14. est 2744. Propius ergo accedit ad tredecim, quam ad 14. Itaque tantum abest, vt etiam data illa Garaultii suppositione futura sit ea Romani pedis ad Atticum ratio, quæ duorum ad tria, vt ne ea quidem plene futura sit ratio, quæ sex ad septem, vel quod idem est, duodecim ad quatuordecim. Quod si Metretes vel Batus est alicuius populi quadrantal, vt innuere videtur Syrus Interpres, dixerim potius esse quadrantal Syriacum. Ita pes Syriacus constabit partibus centum sexaginta sex, cuiusmodi pes Babylonius habet ducentas.

LV.

Metretes Georgicus & Ceramium, siue Quadrantal Ægyptiacum, quod à Scriptoribus nuncupatur Artaba Ægyptia, est mensura aridorum, habens vndique duodenos pollices Ægyptiacos, vel pedem Atticum altitudinis, latitudinis tantundem, sesquipedem vero longitudinis, amplitudinis pollices Ægyptiacos 1728. Atticos 25927. Roman. 2929 $\frac{4}{27}$ pendetque libras Rom. tritici centum, olei centum & viginti, aquę centum triginta quinque, vini 133 $\frac{1}{3}$. mellis centum & octoginta. Cleopatra: ἡ Αἰγυπτία ἀρτάβη ἔχει μοδίους (Romanos) έ. ὁ δὲ μόδιος Αἰγύπτιος καὶ Ἰταλικὸς (h. e. Romanus) ἔχει χοίνικας ή.

Fannius:

Est etiam terris, quos aduena Nilus inundat
Artaba, cui superat modii pars tertia post tres.
Namq; decem modiis (Atticis) *explebitur Artaba triplex.*

Epiphanius: Ἀρτάβη τὸ μέτρον παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἐκλήθη. ἔστι δὲ ἑβδομήκοντα δύο ξεστῶν (Atticorum) τὸ δὲ αὐτὸ μέτρον, καὶ ὁ μετρητὴς ἔχει τὸ μέτρον τὸ ἅγιον, lege, τὸ μέτρον γεωργικόν. Cleopatra: ἐν δὲ τοῖς γεωργικοῖς εὗρον τὸν μετρητὴν ξεστῶν Atticorum οβ'. κοτυλῶν (Georgicarum) ϛς'. Ideoque omnino mihi persuadeo, Artabam hanc esse non modo Ægyptiacum, sed & Georgicum quadrantal, h. e. mensuram cubicam ex Ægyptiaco, & vetere Atheniensium pede confectam. Vide, quæ superiore libro de pede Ægyptiaco diximus. Quod autem Cleopatra ait: ὁ δὲ μόδιος Αἰγύπτιος καὶ Ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας ή. aduersari videtur Epiphanio dicenti, modium Ægyptiacum non Romano, sed Attico & Ægyptiaco respondere. Hæc tu sic conciliare potes, modius Romanus vel Italicus capit octo Chœnicas sestertiarias. Modius vero Ægyptiacus cum auctario τοῦ πεντεκαιδεκάτου octo

Chœnicas

Chœnicas Georgicas. Isidorus Originum l.16. c. 25. *Artaba mensura est apud AEgyptios sextariorum LXXII. composita ex eo numero propter LXXII. gentes vel linguas, quæ orbem impleuerunt.*

LVI.

Medimnum siculum maius, & סלה Selah Hebræorum sunt mensuræ aridorum, habentes Medimnum quidem duos pedes Rom. longitudinis, vnum latitudinis, altitudinis itidem vnum, totius amplitudinis duos, siue pollices Rom. 3456. Selah vero est quadrantal Hebræorum, pendetque libras Rom tritici centum & viginti, olei centum quadraginta quatuor, vini centum sexaginta, mellis ducentas sexdecim. R. Nathan: *Sicut Selah pendet quatuor denarios, sic quatuor Sea in Selahum congeruntur.* Cicero in Verrem lib. 5. *Professio agri Leontini est ad iugera XXX. millia, hæc sunt ad tritici medimna XC. tritici modium DXL. millia. &c.* Cum Cicero medimna ad modios reducat, non dubium est, quin medimna sicula sint, modii vero Romani.

Ita medimnum siculum maius capiebat modios siculos tres, modios vero Romanos siue medimna parua sex. Quin & fieri potest, vt quemadmodum Selah Hebræorum, sic Medimnum Siculorum fuerit quadrantal, vt pes Siculus eiusdem fuerit longitudinis cum Hebraico, Persico, Vrbinate & Piceno.

LVII.

Faneca Toletana est aridorum mensura, habens decem pollices Toletanos altitudinis, 24. latitudinis, longitudinis 27. amplitudinis 6480. capitque libras Toletanas tritici nonaginta, olei 108. vini centum viginti, mellis 162. libras vero Rom. tritici $127\frac{1}{2}$. olei 153. vini 170. mellis $229\frac{1}{2}$. celemines duodecim.

LVIII.

Medimnus Atticus est mensura aridorum medimno siculo ἀνάλογος, habens duos pedes Atticos longitudinis, vnum latitudinis, altitudinis itidem vnum, amplitudinis duos, siue pollices Atticos 3456. Rom. $3906\frac{1}{4}$. pendetq; libras Romanas tritici centum triginta tres cum triente, olei centum sexaginta, aquæ centum octoginta, mellis ducentas quadraginta. Huius mensuræ, quæ maximi inter omnes Græcas est momenti, non satis accuratam tradunt definitionem autores. Pollux: κοτύλη τὸ τρίτον τῆς χοίνικος, ὁ δὲ μέδιμνος χοίνικες ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα, ὁ δὲ ἡμιμέδιμνος τέσσαρες καὶ εἴκοσι ὁ δὲ τριτεὺς ἑκκαίδεκα, ὁ δὲ ἑκτεὺς ὀκτώ, τὸ δὲ ἡμίεκτον τέσσαρες. Suidas: ἡμιεκτέον τετράμετρον, τουτέστι δ΄. χοινίκων, ὁ γὰρ μέδιμνος μη΄ χοινίκων ἐστί. τούτων τὸ ἑκτὸν εἰσὶν η΄. χοίνικες. τὸ δὲ ἡμίεκτον, τουτέστι τὸ δωδέκατον τῶν μη΄ χοινίκων, τέσσαρες. τοῦ οὖν μεδίμνου ἔχοντος χοίνικας μη΄. τὸ δὲ ἡμιμέδιμνον δηλονότι

νόπτων λκδʹ. εἶχον. Hęc omnia vere quidem dicuntur, ſed non ſatis recte connectuntur à Polluce. Verum, inquam, eſt, eſſe quandam Chœnicis ſpeciem, nempe minimam, quæ tres tantum Cotylas capiat, id eſt, heminas Rom. Hæc eſt Chœnix, quam bilibrem diximus, verum quoq; eſt medimnum capere duodequinquaginta Chœnices, ſed Atticas proprie dictas, & trilibres, non bilibres, quæ quaternas non ternas cotylas capiunt. At omnino falſum eſt, vel potius mendoſum & truncum, quod apud eundem Suidam legitur: μέδιμνος μοδίων ἕξ, ὡς τὸ μέτρον ξεστῶν οϛʹ. ἤτοι λιτρῶν ρηʹ. Iam ſupra legendum monuimus, μέδιμνος μοδίων ἕξ, μετρητὸς ξεστῶν οβʹ. Romanorum ſcilicet, ἤτοι λιτρῶν ρηʹ. Hi errores impulerunt Agricolam, Fernelium, Ioh. Hurnium, & Franciſcum Garaultium, vt medium tribuerēt duos & ſeptuaginta ſextarios Rom. ſc, ſiue libras menſurales, hoc eſt, libras olei centum & octo. Contra, erit qui prima fronte Dioſcoridem legens, credat medimno Attico tribuendos eſſe ſextarios centum quadraginta quatuor, Chœnicas nonaginta ſex. Sic enim ait, μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβʹ. τὸ δὲ ἡμίεκτον χόας δύο ὁ δὲ χοῦς χοίνικας τέσσαρας. ὁ δὲ χοῖνιξ κοτύλας Ἀττικὰς τρεῖς σταθμῷ δὲ ἔχει ὁλκὰς ρπʹ. ſane chus capit quatuor Chœnicas bilibres ternarum cotylarum, ac proinde pendet drachmas tritici 180. ſed ſi medimnus capit choas 24: profecto capiet & bilibres chœnicas XCVI. ſextarios CXLIV. Cauſa erroris eſt, quod medimnus melle plenus tantundem pendet atque 24. Choes oleo pleni. Quemadmodum & hemiectum melle plenum tantundem pendet, atque duo choes oleo pleni.

In eundem ſcopulum impegit Galenus: ὁ μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβʹ. τὸ δὲ ἡμίεκτον χόας βʹ. ὁ δὲ χοῦς χοίνικας δʹ. Sed idem Galenus alibi rectius mediam viam init: ὁ Ἀττικὸς μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβʹ. τὸ δὲ ἡμίεκτον ἔχει χοίνικας δʹ. ὥστε μέδιμνον ἔχειν χοίνικας μηʹ. ξέστας ϟϛʹ. Hoc igitur firmum eſto medimnum Atticum capere ſextarios Atticos 96. Roman. 106. cum beſſe, Chœnicas bilibres ſeptuaginta & vnam, cum vna nona. Chœnicas vero trilibres vel Atticas proprie dictas duodequinquaginta. Medimnum, inquam, raſum tritico plenum pendere libras centum triginta tres cum triente; cum auctario τοῦ πεντεκαιδεκάτης libras Rom. centum quadraginta duas, cum duabus nonis, cum auctario ſeſquiduodecimæ ſiue $\frac{\alpha}{\iota\beta}$ pendere libras Rom. centum quadraginta quatuor Attico medimno; præciſe reſpondet Halbmalder, id eſt, dimidius malderus Heidelbergicus.

Quod autem Suidas ait, medimnum eſſe modiorum ſex, hæc cauſa eſt, quia medimnus oleo plenus tantundem pendet, quantum ſex modii Romani vino pleni. Cōtra Fauorinus dixit, medimnum eſſe modiorum

diorum ſeptem, Rom. ſcilicet, quod tamen præciſe verum non eſt. Iſidorus Orig. lib. XVI. c. 25. *Medimna eſt menſura modiorum quinque*, hoc eſt, Medimnus Atticus cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης capit fere modios Hebræorum, ſiue ſata raſa quinq;. Cætera Iſidori non ſunt nauci. Huic Attico Medimno, ſi propter numeri rotundationẽ, non πεντεκαιδεκάτην pro more, ſed ἑκκαιδεκάτην adiicias, hoc eſt, congium Atticum vnum, efficies medimnum Georgicum, qui etiam Ægyptiacus eſſe poteſt, vt ei tribuas altitudinis pollices Ægyptiacos nouem, latitudinis duodecim, longitudinis viginti quatuor, amplitudinis 2448. vel duodecim pollices Atticos altitudinis, latitudinis 17. lõgitudinis 18. amplitudinis 3672. capitque vncias Rom. tritici mille ſeptingentas, olei bis mille quadraginta, aquæ 2295. mellis 3060. Cleopatra: ἐν δὲ τοῖς γεωργικοῖς εὗρον μέδιμνον ξεστῶν Atticorum ϛϛ΄. κοτυλῶν (Georgicarum) ρλϛ.

LIX.

Artaba Babylonia vel Perſica eſt menſura aridorum habens decem Rom. pollices altitudinis, duodeuiginti latitudinis, viginti quatuor longitudinis, amplitudinis 4320. vel potius quatuor Babylonios pollices altitudinis, latitudinis quinque, longitudinis 41. amplitudinis 1620. vel denique nouem pollices Hebraicos Perſicosue altitudinis, latitudinis duodecim, longitudinis viginti, amplitudinis 2160. pendetque libras Rom. tritici centum & quinquaginta, olei centum & octoginta, vini ducentas, mellis ducentas ſeptuaginta. De hac Artaba intelligendum, quod LXX. & Hieronymus paſſim. Chomerum ſex Artabas vertunt, aut ſex Artabas capere docent. Cum ergo Herodotus libro primo ait, Ἀρτάβη μέτρον ἐστὶ περσικὸν χωρέον μεδίμνου Ἀττικοῦ πλέον χοίνιξι τρισὶν Ἀττικῇσι, intelligendum id de medimno cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης, vel potius ἑκκαιδεκάτης propter ſubductionis facilitatem, ſiue de medimno Georgico, & de Chœnicibus Atticis proprie dictis, quæ binos Atticos ſextarios capiunt. Forte etiam Artaba Medica eadem fuit cum Perſica, ſed ita, vt ab autoribus minus accurate deſcribatur. Polyænus ſtratag. l. 4. ἡ Ἀρτάβη μηδικὴ μέδιμνος ἐστὶν Ἀττικός.

Suidas: Ἀρτάβη μέτρον μηδικὸν σίτου Ἀττικὸς μέδιμνος, immo Georgicus, cum auctario vnius Attici congii, ſiue centum vnciarum tritici, ſed præſtat Herodoti verbis inſiſtere. Medimnus Atticus pendet vncias tritici mille ſexcentas. Adde auctarium τῆς ἑκκαιδεκάτης, ſiue centum vncias, fient vnciæ mille ſeptingentæ. Tres Chœnices Attici raſi, ſiue ſextarii ſex Attici pendent etiam rurſus vncias

tritici centum. Ita colliguntur vnciæ tritici 1800. quot capit Artaba Persica sua Babylonia aut Medica.

LX.

Barillus Romanus est mensura liquidorum, quæ hodie Romę est in vsu, habens vnum pedem Rom. altitudinis, duos longitudinis, latitudinis vnum & trientem, amplitudinis duos & bessem, siue pollices 4608. capitque libras Rom. tritici centum sexaginta, Olei 175$\frac{1}{3}$. vini 213$\frac{1}{3}$. mellis 288. congitellos octo, bocales 32. folietas 64. Itaque Barillus hic erit quadrantal Babylonium. Sed quo nomine Babylonii suum quadrantal nuncuparint, id vero nescimus, nisi quod Babylonia tritici Artaba cum auctario τοῦ πεντεκαιδεκάτης æquat capacitatem quadrantalis Babylonii siue Barilli Romani.

LXI.

Medimnus Parisinus, vulgo mina, est mensura aridorum, medimnis supra memoratis, tum, inquam, Attico, tum Siculo ἀνάλογος, habens duos pedes Parisinos longitudinis, latitudinis vnum, altitudinis tantundem, amplitudinis pedes duos, vel 3456. pollices Parisinos, Romanos vero circiter quinque millia septingentos & quadraginta $\frac{20}{27}$. pendetque libras tritici Parisinas centum & octo, olei centum viginti octo, aquę centum quadraginta quatuor, mellis centum nonaginta duos. Romanas vero libras tritici centum sexaginta duas, olei centum nonaginta duas, aquæ ducentas sexdecim, mellis ducentas octoginta octo. Budęus sui assis l. V. fol. 133. *Extat*, inquit, *in actis decurionum medimnum lectißimi tritici appensum iussu decurionum fuisse, inuentumque esse pondus centum & sexdecim librarum, quæ ratio efficit in modium vndeuicenas libras nostras & quadrantes.* (lege, & trientem.) Hæc Budæi verba sic intelligēda sunt, medimnus tritici selectissimi Parisinus rasus pendet libras Parisinas octo & centum. Cum auctario τοῦ δωδεκάτης libras centum & septendecim. Huic autem medimno à decurionib. appenso deesse potuit ad iustam auctarii mensuram, vna scil. tritici libra, vt auctarii loco adiectum sit non τὸ δωδέκατον, sed tantum τὸ τρισκαιδέκατον, idque non plenum.

LXII.

Ohme Heidelbergicum est mensura liquidorum, habens duodecim pollices Heidelbergicos altitudinis, 24. latitudinis, longitudinis totidem, amplitudinis 6912. pendetque libras Heidelbergicas tritici 135. olei 162. vini 180. mellis 243. libras vero Rom. tritici ducentas, olei 240. aquæ 270. mellis 360. ac proinde Ceramia siue quadrantalia Attica tria

præcise.

præcise. Tutius igitur est, & hanc & reliquas mensuras Heidelbergicas ex Attico pede conficere, quam ex Heidelbergico. Ita Ohme habebit pedem vnum Atticum altitudinis, latitudinis vnum, longitudinis tres, amplitudinis totidem.

LXIII.

Malder Heidelbergicum est aridorum mensura, habens 12. pollices Heidelbergicos altitudinis, 24. latitudinis, longitudinis 32. amplitudinis 9216. vel pedem vnum Atticum altitudinis, latitudinis vnum, longitudinis quatuor, amplitudinis totidem, siue pollices Atticos 6912. capitque libras Heidelbergicas tritici centum & octoginta, olei 216. vini 240. mellis 324. libras vero Rom. tritici 260$\frac{4}{7}$. olei trecentas & viginti, aquæ trecentas sexaginta, mellis 480. Cęterum quia circa Heidelbergam rarus est tritici vsus, ideo si quęras, quodnam sit legitimum huius mensuræ pondus, respondebitur tibi, pendere libras Heidelbergicas 164. si siligine videlicet impleatur, Werntzel 41. Simmer viginti & semis, Impfell quinque, & vncias duas. Sed quia triticum siligine nobilius est, ideo, vt reliquas, sic & h is Heidelbergicas mensuras ad tritici pondus reuocare placuit, obseruata inter siliginis & tritici pondus ea ratione, quæ est inter decem & nouem, puta Imfell siligine plenum pendet libras Heidelbergicas quinque & duas vncias, ac proinde circiter vncias Heidelbergicas 82. vel 81. tritico igitur plenum pendebit vncias Heidelbergicas nonaginta.

LXIV.

Sextarius Parisinus maior est mensura aridorum habens duos pedes Parisinos latitudinis, longitudinis duos, altitudinis vnum, amplitudinis quatuor, siue pollices Parisinos 6912. Romanos 9481$\frac{11}{17}$ pendetq; libras Parisinas tritici ducentas sexdecim, olei ducentas quinquaginta sex, aquę ducentas octoginta octo, mellis trecentas, octoginta quatuor, Romanas vero libras tritici trecentas viginti quatuor, olei trecentas octoginta quatuor, aquæ 432. mellis quingentas septuaginta sex.

LXV.

Letec Hebræorum est mensura aridorum habens triginta pollices Rom. longitudinis, latitudinis viginti quatuor, siue pedes duos, altitudinis sesquipedem, amplitudinis pollicum duodecim millia nongentos & sexaginta, siue cubicos pedes Rom. septem cum semisse, pollices Atticos vndecim millia septingentos, vel duodecim pollices Hebraicos altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis 45. amplitudinis 6480. pendetque libras Romanas tritici quadringentas quinquaginta, olei quingentas quadraginta, vini sexcentas, mellis octingentas & decem, semel

 tantum

tantum in Scriptura vox hæc reperitur. Hoseæ 3. 2. *Comparaui eam mihi quindecim siclis argenteis chomere hordei, & leteco hordei.* Vetus Interpres: *Fodi eam mihi quindecim argenteis, choro hordei & dimidio choro hordei.* LXX. ἐμισθωσάμην αὐτὴν μοι πεντεκαίδεκα ἀργυρίοις, καὶ γόμορ κριθῆς, καὶ νέβελ οἴνου. Atqui hoc non est sacrum contextum vertere, sed peruertere. Hieronymus in eum locum: *Pro gomor in Hebraico scriptum est chomer, quod omnes Interpretes absq; LXX. chorum interpretati sunt, sermone Græco & maxime Palæstino, qui habet triginta modios. Et pro nebel vini in Hebraico legitur LETECH SEORIM, quod cæteri Interpretes* ἡμίχορον *ordei transtulerunt, id est, mediam partem chori, quæ facit quindecim modios*, Hebræos scil. vel Atticos. R. D. Kimchi, *Letech est chomeris dimidia pars.* At Epiphanius, quia audiuerat eo versiculo haberi vocem Letec, ibique vidit tantum vocem gomor, quæ huic respondere posset, ideo putauit letec & gomor idem esse. Λέτεκ, inquit, καὶ γόμορ τὸ αὐτό εἰσι. δέκα γὰρ καὶ πέντε μόδιοι σημαίνονται οὗτοι Idem: δύο εἰσὶ γόμορ, μέγα καὶ μικρὸν, ὧν τὸ μέγα ἰσομετρεῖν δεῖ τοῦ λέθεκ δεκάπεντε, καὶ αὐτὸ ὂν μοδίων, (Hebr. sc. modiorũ, siue satorũ,) λέθεκ ἐστι κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν κέκληται, ὃ δὴ ἐστὶν ἔπαρμα ἀπὸ τοῦ δυνάσθαι τὸν νεανίαν ἐπαρθῆναι τοὺς δεκάπεντε μοδίους καὶ ἐπιθεῖναι τῷ ὄνῳ, sane non mediocre est istud onus. Est enim Letech fere sesquisextarius Parisinus, siue libræ Parisinæ 324. Atqui nostratium Asinorum onus ordinarium est Parisinus tritici sextarius. Sunt tamen qui non grauatim sesquisextarium Parisinum ferunt. Letec, inquam, tritici pendet Parisinas libras ducentas nonaginta quinq;. Sesquisextarius Parisinus libras trecentas viginti duas. Redeamus ad Hebræos. R. Natan: *Letec est dimidia pars chori, continens quindecim seas, Ephas quinque.* Idem docet R. Schelomoh Iarchi in hunc Hoseæ locũ, vbi etiam citat testimonium R. Hai docentis τὸ λέτεκ hordei pretium esse viginti quinque siclos. Chomeris vero quinquaginta. De minoribus autem siclis id intelligendum, atque adeo annona chara potius quam vili. In Baua media R. Abiiaci sic ait: רושוע אריל סאה מהוקיק זהר סו באח *Letec capit quindecim seas cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης, vel sexdecim rasas.* Nos autem pondus mensuræ rasæ semper hic ponimus. Quindecim seæ rasæ pendent libras Rom. tritici quadringentas quinquaginta, quindecim cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης, vel sexdecim rasæ pendent libras Romanas quadringentas octoginta. Sed enim dixeris, qui potuit vas pollices Hebraicos 648 ɔ. cubicos habens pendere quadringentas octoginta libras Romanas tritici, quod est Leteci pondus, teste R. Abiiaci? Respondeo, vt satum sic & Letec esse duplx, rasum & cumulatum, iustum siue præcisum, & cum suo auctario. Nos rasum & iustum definimus. Præterea neq; Letec, neque medimnus Atticus, neque Epha vasorum nomina sunt, sed numerorum,

merorum, quibus minorum menſurarum numerum ſua multitudine importunum ad breuiores ſummas contrahimus. Sic Pariſinus ſextarius vas non eſt, ſed vox quædam, qua deſignamus duodecim modios, ſiue Bœotios Pariſinos. Ideoq; ſea ſiue ſatum, μέτρον ſiue middah, κατ' ἐξοχὴν dicitur, quia eſt vaſculorum aridis Hebræorum menſuris inſeruientium maximum, quemadmodum & modius tum apud Græcos, tum apud Romanos, vnde & modius dicitur ab Hebrça voce middah מדות, i. e. menſura. Nos tamen ad methodi commoditatem, & vt facilius aridorum menſuræ cum liquidorum menſuris comparentur, ita agimus, ac ſi reuera fuiſſent aliqua vaſa, eaque cubica, quæ medimnum, letecum, chomerum &c. caperent.

In liquidorum autem menſuris nihil à nobis ad methodi commoditatem conſingitur, niſi quod vt aridorum, ſic & liquidorum menſuræ, grandiores præſertim ſolent fieri rotundæ, κυλινδροειδεῖς. Nos autem, quia circuli quadratura, εἴτε ἐπιστητὸς, εἴτε οὐκ ἐπιστητὸς nobis ignota eſt, ideo maluimus omnia vaſa ad cubicam ſiue quadratam formam, quam ad circularem ſiue κυλινδροειδῆ reducere. Hoc ergo ſemel monuiſſe ſufficiat. Satum tritici raſum pendet libras Roman. triginta. Cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης pendebit libras triginta duas, Epha ſiue tria ſata raſa pendebunt nonaginta libras, cum auctario nonaginta ſex, atque ita proxime accedet ad pondus Artabæ, tritico plenæ, quæ cauſa eſſe potuit, vt hæc Artaba Ægyptia cum Epha vel Bato ad metreta confunderetur ab Epiphanio.

Sed enim, quidni alii, vt & nos, δωδεκάτην acceperint auctarii loco, aut etiam δεκάτην? Certe tum Epha cum auctario Decumano vna tantum libra minus pendebit quam Artaba. Sic medimnus Atticus proprie capit ſextarios Atticos nonaginta ſex cum auctario τῆς ἑκκαιδεκάτης fiunt ſextarii centum & duo. Cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης fiunt ſextarii $102\frac{2}{5}$. Ideo ad vitandam huius fragmenti περιεργίαν & moleſtiam aſſumitur ἡ ἑκκαιδεκάτη, adde tres Chœnicas Atticos ſiue ſextarios Atticos ſex, fiunt Attici ſextarii centum & octo. Totidem ſextarios capit Artaba Perſica. Ideo recte dixit Herodotus, Artabam Perſicam eſſe medimnum Atticum, nempe cum auctario legitimo, & tres inſuper Chœnicos Atticos. Alioqui medimno Attico raſo ac ſine auctario ſumpto addendi eſſent Chœnices Attici ſex vel Chœnices militares tres.

Quod ſi medimnũ ſumas cum auctario τῆς δεκάτης, vel ὀγδόης, (quod auctarium

auctarium ſane nimium eſt) tum medimnus Atticus idem erit cum Artaba medica vel Perſica. Sed vt monuimus, melius & accuratius Herodotus, quam Polyenus Artabam definiit. Cæterum Epiphanium ſecutus eſt Iſidorus Originum l. 16. c. 25. *Gomor XV. modiorum onus appendit. Corus XXX. modiis impletur. Hic ab Hebraico ſermone deſcendit, qui vocatur cora ſimilitudine collis. Cora enim Hebraice colles appellantur. Coaceruati enim modii XXX. inſtar collis videntur, & onus Cameli efficiunt.* Hæc qualia ſint, ex iis agnoſcetur, quæ in Epiphanii ipſius verba obſeruauimus.

LXVI.

Moius vel moium vini Pariſinum, vulgo Mui de vin, eſt menſura liquidorum cylindrica quidem, ſed ita vt ad quadratam ſiue cubicam formam reducta habitura videatur pedem vnum altitudinis, latitudinis tantundem, longitudinis octo pedes cum triente, ſiue centum pollices Pariſinos, amplitudinis pedes Pariſinos cubicos octo cum triente, ſiue pollicum Pariſinorum quatuordecim millia & quadringentos, Romanorum circiter nouendecim millia ſeptingentos quinquaginta tres & $\frac{7}{17}$ Itaque vas iſtud pendebit libras Pariſinas tritici quadringentas quinquaginta, quot Letec Romanas, olei 533$\frac{1}{3}$ aquæ ſexcentas, mellis octingentas, libras vero Rom. tritici ſexcentas ſeptuaginta quinque, olei octingentas, aquæ nongentas, mellis mille ducentas. Capit ergo ſextariolos Pariſinos ſexcentos, Pintas trecentas, ſextarios minores triginta ſeptem cum ſemiſſe, prout fert edictum Regium Henrici II. Anno 1557. fœcibus autem ſolet tribui ſeſquiſextarius. Superſunt ergo triginta ſex ſextarii vini puri. Cæterum licet aqua vel vinum, quo modium impletur, pendeat tantum ſexcentas libras Pariſinas, tamen tria huiuſmodi modia cenſentur pendere bina millia pondo, nempe quia vini ponderi adnumeratur etiam vaſis pondus. Tria ergo huiuſmodi modia vulgo tonellum nuncupamus. Atque hinc in genere quodlibet mercis genus bina librarum Pariſinarum millia pendens tonelli nomine deſignatur. Sic nauis, quæ cum inſtrumento machinario centum & octoginta millia pondo ferre poteſt, dicetur nonagenaria vel nonaginta tonellos capere. Vide Budæum Aſſis lib. V.

LXVII.

Chomer ſiue Corus Hebræorum minor eſt tum aridorum, tum liquidorum menſura, cui ſi in vaſis quadrati formam redigenda ſit, tribuendus ſit cubitus Rom. altitudinis, latitudinis pedes Rom. duo, longitudinis quinque, amplitudinis quindecim, ſiue pollicum viginti quinq; millia nongenti & viginti, vel duodecim pollices Hebraicis altitudinis, viginti

viginti quatuor latitudinis, quadraginta quinque longitudinis, amplitudinis 12960. pendetque libras Rom. tritici nongentas, olei mille octoginta, vini mille ducentas, mellis mille sexcentas & viginti. Ezech 45.11. *Epha & Batus mensura vnius esto, vt capiat decimam Chomeris Batus, & decimam Chomeris Epha, ad Chomerum referatur vtriusq; mensura. v. 13. Hæc esto oblatio, quam offeretis Iehouæ, sexta Epha è Chomere tritici, offeretis quoq; sextam Epha è Chomere hordei. v.14. Statutum olei esto decima Bati è coro. Batus est olei mensura. Decem Batorum est Chomer, quia decem bati Chomerum implent.* Hieronym. in hunc locum: *Et hic mutatis nominibus mensurarum in LXX. editione confusa sunt omnia, vt quid dicatur, non possit intelligi.*

Vulgata versio multo propius ad verum accedit, siue ea sit Hieronymi, siue cuiuspiam alterius. Nos hic ea verba posuimus, quæ mentem Prophetæ propius referre videntur. Esaias famem Israelitis extremam interminaturus, ait, futurum, vt ne decimam quidem sementis partem ex agro decerpturi sint. c.5.v.10. *Qui seminat chomerum, metet Epham.* LXX. ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία. Eusebius: προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς. Lib.9. ὁ δὲ κόρος ἐστὶν ἀρταβῶν ἕξ. Idem ex Eupolemo: ὁ δὲ κόρος ἐστὶν οἴνου μέτρα δέκα. Ita μέτρον ἁπλῶς dictum, in aridis quidem erit satum, in liquidis batus. Hieronym. in Ezech. 45. *Corus, qui Hebraice dicitur Chomer, & à LXX. dicitur Gomor, habet triginta modios, tam in aridis speciebus, quam in liquentibus.* Ideo Leuit.27.16. Pro Chomere LXX Corum, Hieronym. triginta modios vertit. Modios, inquam, Hebræos siue sata. R. D. Kimchi. *Chomer est idem quod Corus, capitq; decem Ephas, triginta Seas.* Idem docet R. Schelomoh Iarchi in Hoseæ 3.2. Rursus Hieronymus in Esaię 5.40. *Pro triginta modiis, quos nos pro coro posuimus, qui Hebraice dicitur Chomer, LXX. verterunt* ἀρτάβας ἕξ, *quæ mensura est Ægyptiaca, & facit modios viginti.* Hic sane dormiebat Hieronymus. Nam LXX. hic Persicam aut Medicam intelligunt Artabam, non Ægyptiacam, nisi forsan Ægyptiis fuit duplex Artaba, quarum vnius ad alteram sit ratio sesquialtera, hoc est, duę Artabæ Persicæ vel Medicæ capiunt tres Artabas eiusmodi, quales Epiphanius & Fannius Ægyptiacas vocant. Præterea hæc Artaba, quæ est Chomeris aut Cori sextans, capit non modios, sed congios Romanos viginti. Epiphanius: ἀνηπλωμένη τοίνυν ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὁ καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι (hoc est, sata) λ΄. χὸρ δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ βουνοῦ ὑποθέσεως· χαρία γὰρ καλεῖται βουνός. βουνωθέντες δὲ οἱ τριάκοντα μόδιοι ποιοῦσι φορτίον καμήλου, vel potius, ἡμιόνου. Certe Caria כריא Chaldæis significat aceruum, cumulũ, Car Hebręis כר clitellas Cameli, Gen.31.34. quanquam hoc loco quidam etiam exponunt stramentum. *Abscondit ergo Rachel idola patris sub clitellis Cameli,* vel, *substramento.* Et in Rabbinorum quoque scriptis Car כר quandoque

ſtramentum ſignificat. Heſychius Cυρὸς , σιβάς. Epiphanius ad clitellas Cameli reſpexit. Sed aliud eſt notatu non indignum; Corus capit ſeptingentos viginti ſextarios Rom. inter chœnicas , ea , quam ſeſtertiariam diximus , capit ſextarios Roman. duos. Itaq; Corus capit chœnicas 360. quot videl. ſunt dies in æquabili anno Aſiatico. Rurſus Corus cum ſuo τῆς πεντεκαιδεκάτης auctario venditus capit ſextarios 768. Chœnicas ſeſtertiarias 384. quot dies habet annus Lunaris Embolimæus. Quidquid ſit vt chœnix ſeſtertiaria erat multorum ἡμερολεσφῆς apud Rom. ita Corus erat q. annuum hominis demẽſum. Id ad noſtra tempora relatum, quomodo ſeſe habeat, videamus. Corus tritici raſus pendet libras Rom. 90. cũ auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης pendet libras 960. Dico ego hic homini non voraci ſellulariam vitam agenti ſufficere in annum Rom. tritici libras non modo 90. ſed & 80. atq; adeo pauciores. Neq; v. de iis loquor, qui more Perſarum nihil obſonii loco adhibent ad panem præter naſturtium; ſed de iis, qui paulo liberalius agunt. Me quidem ſcio, in diem binas ſiue tritici, ſiue panis libras Rom. conſumere non poſſe. Atq; adeo expertus ſum, ſeſquilibram Rom. vel Pariſinam panis candidi libram mihi ſufficere poſſe, idq; abunde. Et alios video quamplurimos literatos viros, qui idem de ſe teſtentur. Sed cum hic eo pane plerıq; patresfamilias vtuntur, cui dixi quartam tantum partem in furfures abire, ſed ita, vt tantundem aquæ hauriat, quantum in furfures ſecernitur, ita quotidiano vſu experiri ſe teſtantur ternos fere tritici ſextarios Sedanenſes ſingulis in annum poſſe ſufficere. Hac ratione quartarius Sedanenſis erit veluti menſtruum hominis demenſum. Pendet a. tritici grauiſſimi & optimi libras Pariſinas 41$\frac{1}{2}$. vel 42. vt quidem expertus ſum, ſiue vncias Pariſ. 664. vel 672. Rom. fere 759. vel 768. tritici vero paulo leuioris, circiter Rom. libras 62. & ſemis, vncias Rom. 750. Hic a. auctarii loco adhibetur non ἡ δωδεκάτη, ſed ἡμιδωδεκάτη vel εἰκοστοτετάρτη. Hac ratione quartarius Sedanenſis cum legitimo τῆς πεντεκαιδεκάτης auctario pendebit circiter 700. vncias tritici Pariſinas, Roman. 80. Atq; ita 80. libræ tritici Rom. in annum ſufficient, in diem vero circiter binæ, vel vnciæ 26$\frac{2}{3}$. Si modo 30. tantum dies menſi tribuantur anno 360. Sed liberale eſt, & veluti πλεονάζον iſtud demenſum, vt in menſem in ſingula capita tribuantur ſinguli quartarii Sedanenſes. Itaque Chœnix illa, quam bilibrem diximus, erat non illiberale demenſum hominis diurnum. Cum ergo Ceramium Atticum Werntzel Heidelbergicum, & quartarius Sedanenſis cum legitimo τῆς πεντεκαιδεκάτης auctario ſint eiuſdem capacitatis, merito à nobis dici poſſunt menſtruum hominis demenſum. Viciſſim duo Medimni Attici, Malderus

derus Heidelbergicus, & ſextarius Sedanenſis erunt quatuor menſium demenſum. Tres Medimni Attici ſeſquimalderus Heidelbergicus, & tres ſextarii Sedanenſes erunt annuum hominis demenſum.

Quod ſi demenſi diurni loco bilibri Chœnice non contentus Atticam exigas, tum tibi in menſem opus erunt millenæ tritici vnciæ Romanæ, ac proinde totidem libræ Romanæ in annum, ſiue Corus integer cum auctario πεντεκαιδεκάτης, & inſuper vnciæ tritici Romanæ quadraginta.

LXVIII.

Culeus Romanus & maior Hebręorum Corus ſunt menſuræ eiuſdem capacitatis. Et culeus quidem Romanus liquidorum menſura eſt, habens duos pedes Romanos altitudinis, duos latitudinis, quinque longitudinis, amplitudinis viginti; Romanos, inquam, pedes, vel ſi mauis pollicum Romanorum triginta quatuor millia quingentos & ſexaginta.

Maior vero Corus eſt menſura aridorum habens pedes Hebraicos duos altitudinis, latitudinis totidem, longitudinis duos cum ſemiſſe, amplitudinis decem, ſiue pollices Hebræorum 17280. pendentque libras Romanas tritici mille ducentas, olei mille quadringentas, & quadraginta, vini mille ſexcentas, mellis bis mille centum & ſexaginta.

Fannius:

Eſt & bis decies quam concipit amphora nobis
Culeus, hac nulla maior menſura liquoris.

Plinius lib. XIV. cap. IV. *Sæpenumero ſeptenos culeos quaterna iugera, hoc eſt, amphoras centenas quadragenas muſti dedêre.* Columella l. 3. c. 3. *Quippe vt deterrimi generis ſint vineæ, tamen ſi cultæ ſint, ſingulos vtiq; culeos vini ſingula earum iugera peræquabunt, vt trecentis nummis quadragena vrnæ veneant, quod minimum eſt pretium annonæ. Conſumant tamen ſeptem culei ſeſtertium duo millia & centum nummos.* Corum autem Hebræorum qui dixerit fuiſſe duplicem, legi neminem, videtur tamen id colligi poſſe ex variis cori definitionibus. Et minoris quidem cori definitiones ſupra commemorauimus

Ad maiorem Corum hęc pertinere videntur: Ioſephus belli Iudaici lib. 5. c. vlt. Ἀλλὰ καὶ τοῦ δὲ τοῦ πολέμου μικρὸν ἔμπροσθεν, Κλαυδίου Ῥωμαίων ἄρχοντος, Ἰσμαήλου παρ᾽ ἡμῖν ἀρχιερέως ὄντος, καὶ λιμοῦ τὴν χώραν καταλαβόντος, ὥστε τεσσάρων δραχμῶν πωλεῖσθαι τὸν ἀσσάρωνα, κομισθέντος ἀλεύρου κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων, εἰς κόρους ἑβδομήκοντα μέδιμνοι δὲ οὗτοι σικελικοὶ μὲν εἰσιν εἷς καὶ (delēdũ καὶ illud) τριάκοντα, Ἀττικοὶ δὲ τετταράκοντα εἷς, οὐδεὶς ἐτόλμησεν τῶν ἱερέων κόκκον ἓν φαγεῖν,

vel hic locus plane corruptus eſt, vel ſic intelligendus videtur, vt ſumatur *μεδίμνων* vox pro modio. Modium autem Atticum eundem eſſe cum Hebræo, iam ſupra diximus. Dicit ergo Ioſephus, vnumquemque Corum capere tricenos ſiculos, modios. Hebræos vero quadragenos. Idem Ἀρχαιολ. l. 15. c. 11. *ὁ δὲ κόρος δύναται μεδίμνους Ἀττικοὺς δέκα.* Hic vel legendum, *μετρητάς*, vel *μεδίμνους σικελικούς*, vt cauſa erroris ſit, quod Sclah vel medimnus ſiculus vini tantundem pendet, atque medimnus Atticus olei. Eodem referri poteſt, quod ſupra ex Epiphan. produximus. *Εἴληπται τοίνυν ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὃ καλεῖται χὸρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι λ'. χὸρ δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ βουνοῦ ὑποδείξεως. χαμὰ δὲ καλεῖται βουνὸς βουνωθέντες δὲ οἱ τριάκοντα μόδιοι ποιοῦσι φορτίον καμήλου.* Etiamſi concedatur eſſe vera hæc diſtinctio, quam inſtituimus inter Corum maiorem & minorem, tamen potuit Epiphan. eam ignorare, vel minus accurate tradere. Ea igitur ſic poteſt explicari: Corus minor ſiue Chomer capit triginta modios Hebræos ſiue ſata, eſtque onus muli, vt Letec aſini. Onus, inquam, grauiſſimum, tum aſini tum muli robuſtiſſimi. Sic enim aſinus baiulare dicetur libras Pariſinas trecentas viginti quatuor, Mulus quingentas & nonaginta. Atqui ſolent aſini non ſegnes ſextarium tritici Pariſinum baiulare, ſed ſextarium tantum, hoc eſt, libras ducentas & ſedecim, vel ad ſummum 240. mulo itidem ſolent imponi, teſte Vigenero, libræ Pariſinæ 375. At muli Regii, qui Franciſci I. Regis *λύτρον* Fontarabiam tulerunt, Pariſinas auri libras $357\frac{1}{2}$ baiulabant, Rom. $416\frac{2}{3}$. Nam, vt teſtatur Martinus Bellaius, triginta duo muli ferebant decies centena ducenta & quadraginta aureorum millia, ſed ex his poterat vnus eſſe vacuus, vt aliis, ſi forte quid in via contingeret, eſſet ſubſidio, ita cuique mulorum tribuentur præciſe quadragena aureorum millia, Romanarum auri vnciarum quina millia, quę efficiunt Romanas auri libras $416\frac{2}{3}$. Pariſi. $357\frac{1}{7}$. Sed arcarum ferratarum, in quib. conditum erat aurum, poterat magnum eſſe pondus, puta librarum viginti vel duodeuiginti. Ita fient circiter 380. vel 375. libræ Pariſinæ, prout vult Vigenerus. Quin etiam video qui contendant, mulum baiulare poſſe quadringentas, atque adeo quingentas libras Pariſinas. Sexcentas vero aut 590. libras poſſe mulo imponi, audiui nunquam.

Corus autem maior culeo Romano reſpondens, capit modios ſiculos triginta, Medimnos ſiculos decem, Atticos nouem, eſtque onus Cameli. Diodorus Siculus l. 2. de Camelis Arabicis loquens: *αἱ δὲ,* inquit, *πρὸς νωτοφορίαν ἠσκημέναι, πυρῶν μὲν ἀνὰ μεδίμνους δέκα νωτοφοροῦσιν, ἀνθρώπους δὲ κατακειμένους ἐπὶ κλίνης πέντε βαστάζουσιν.* Decem medimni Attici pendent vnciarum tritici Romanarum ſexdecim, Pariſinarum quatuordecim

millia,

millia, ac proinde libras Parisinas octingentas septuaginta quinque. Huic conuenit, quod audio à quibusdam affirmari, duos Camelos grauius onus ferre posse, quam tres mulos, quantumuis robustos. Demus enim rarum esse Arabicorum Camelorum robur, vt reliqui ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ non nisi 750. libras ferre possint, ita duo Cameli ferent libras mille quingentas. At quotusquisque mulus est, qui quingentas possit baiulare? Atque hæc omnia eo produximus, vt exploremus, primum sintne apud Hebræos duo Cori genera; secundo, quænam sit maioris cori capacitas. Vtrumque enim fatemur nobis adhuc incompertum esse. Itaque fas sit nobis Romanorum illud vsurpare, *Non liquet.*

LXIX.

Botta Romana est mensura liquidorum, habens vnum pedem Ro. altitudinis, latitudinis duos & bessem, longitudinis quatuor, amplitudinis $21\frac{1}{3}$. vel pollices 36864. capitque libras Rom. tritici mille ducentas & octoginta, olei 1536. vini 1712. mellis 2304. Itaque huic vasi tribuuntur libræ Rom. vini mille septingentę, reliquum fęcibus imputatur. Capit autem Barillos Romanos siue quadrantalia Babylonia 8. libras tritici Parisinas octingentas & quadraginta, olei 648. &c.

LXX.

Fuder Heidelbergicum est mensura liquidorum habens pollices Heidelbergicos altitudinis 24. latitudinis 48. longitudinis 60. amplitudinis 69120. vel duos pedes Atticos altitudinis, tres latitudinis, longitudinis 5. amplitudinis 30. capitq; Heidelbergica Ohmen decem, Wernzella siue Ceramia aut Quadrantalia Attica triginta, Simmeros 60. Vuertella centum & viginti, Infella siue congios Atticos 240. Massios quadringentos octoginta, Sextarios Atticos, quos Dreiling vocant, 1440. Sextarios Heidelbergicos, quos Schopen vocant, siue cotylas Georgicas 1920. Capit, inquam, libras Heidelbergicas tritici 1350. olei 1650. vini mille octingentas, mellis 2430. libras vero Romanas tritici bis mille, olei bis mille quadringentas, aquæ bis mille septingentas. mellis ter mille sexcentas.

LXXI.

Moius Toletanus est mensura liquidorum, habens pollices Toletanos altitudinis 24. latitudinis 25. longitudinis 72. amplitudinis 43200. Romanos 25. millia præcise, Atticos 22118. Itaque si duo Romani pollices darent olei vnciam Rom. Moius caperet vncias olei Romanas 12500. sed, vt non semel monui, duo pollices Rom. non integram olei vnciam Rom. præcise conficiunt. Si nouem pollices Attici dant vncias Rom. 5. quod vero proximum videtur, tum Moius capiet vncias olei Ro. 12320. Antecedentium autem epilogismo iū series dat Moio vncias olei 12240.

γόπ τῦ πλδ'. εἶχεν. Hęc omnia vere quidem dicuntur, ſed non ſatis recte connectuntur à Polluce. Verum, inquam, eſt, eſſe quandam Chœnicis ſpeciem, nempe minimam, quæ tres tantum Cotylas capiat, id eſt, heminas Rom. Hæc eſt Chœnix, quam bilibrem diximus, verum quoq; eſt medimnum capere duodequinquaginta Chœnices, ſed Atticas proprie dictas, & trilibres, non bilibres, quæ quaternas non ternas cotylas capiunt. At omnino falſum eſt, vel potius mendoſum & truncum, quod apud eundem Suidam legitur: μέδιμνος μοδίων ἕξ, ὡς τὸ μέτρον ξεστῶν οϛ. ἤτοι λιτρῶν ρη. Iam ſupra legendum monuimus, μέδιμνος μοδίων ἕξ, μετρητὸς ξεστῶν οβ. Romanorum ſcilicet, ἤτοι λιτρῶν ρη. Hi errores impulerunt Agricolam, Fernelium, Ioh. Hurnium, & Franciſcum Garaultium, vt medium tribuerēt duos & ſeptuaginta ſextarios Rom. ſc, ſiue libras menſurales, hoc eſt, libras olei centum & octo. Contra, erit qui prima fronte Dioſcoridem legens, credat medimno Attico tribuendos eſſe ſextarios centum quadraginta quatuor, Chœnicas nonaginta ſex. Sic enim ait, μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβ'. τὸ δὲ ἡμίεκτον χόας δύο ὁ δὲ χοῦς χοίνικας τέσσαρας. ὁ δὲ χοῖνιξ κοτύλας Ἀττικὰς τρεῖς σταθμῷ δὲ ἔχει ὁλκὰς ρπ'. ſane chus capit quatuor Chœnicas bilibres ternarum cotylarum, ac proinde pendet drachmas tritici 180. ſed ſi medimnus capit choas 24. profecto capiet & bilibres chœnicas XCVI. ſextarios CXLIV. Cauſa erroris eſt, quod medimnus melle plenus tantundem pendet atque 24. Choes oleo pleni. Quemadmodum & hemiectum melle plenum tantundem pendet, atque duo choes oleo pleni.

In eundem ſcopulum impegit Galenus: ὁ μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβ'. τὸ δὲ ἡμίεκτον χόας β'. ὁ δὲ χοῦς χοίνικας δ'. Sed idem Galenus alibi rectius mediam viam init: ὁ Ἀττικὸς μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβ'. τὸ δὲ ἡμίεκτον ἔχει χοίνικας δ'. ὥστε μέδιμνον ἔχειν χοίνικας μη'. ξέστας ϛϛ'. Hoc igitur firmum eſto medimnum Atticum capere ſextarios Atticos 96. Roman. 106. cum beſſe, Chœnicas bilibres ſeptuaginta & vnam, cum vna nona. Chœnicas vero trilibres vel Atticas proprie dictas duodequinquaginta. Medimnum, inquam, raſum tritico plenum pendere libras centum triginta tres cum triente; cum auctario τῆς πεντηκοστοδεκάτης libras Rom. centum quadraginta duas, cum duabus nonis, cum auctario ſeſquiduodecimæ ſiue $\frac{1}{12}$ pendere libras Rom. centum quadraginta quatuor Attico medimno, præciſe reſpondet Halbmalder, id eſt, dimidius malderus Heidelbergicus.

Quod autem Suidas ait, medimnum eſſe modiorum ſex, hæc cauſa eſt, quia medimnus oleo plenus tantundem pendet, quantum ſex modii Romani vino pleni. Cōtra Fauorinus dixit, medimnum eſſe modiorum

diorum septem, Rom. scilicet, quod tamen præcise verum non est. Isidorus Orig. lib. XVI. c. 25. *Medimna est mensura modiorum quinque*, hoc est, Medimnus Atticus cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης capit fere modios Hebræorum, siue sata rasa quinq;. Cætera Isidori non sunt nauci. Huic Attico Medimno, si propter numeri rotundationē, non πεντεκαιδεκάτην pro more, sed ἑκκαιδεκάτην adiicias, hoc est, congium Atticum vnum, efficies medimnum Georgicum, qui etiam Ægyptiacus esse potest, vt ei tribuas altitudinis pollices Ægyptiacos nouem, latitudinis duodecim, longitudinis viginti quatuor, amplitudinis 2448. vel duodecim pollices Atticos altitudinis, latitudinis 17. lōgitudinis 18. amplitudinis 3672. capitque vncias Rom. tritici mille septingentas, olei bis mille quadraginta, aquæ 2295. mellis 3060. Cleopatra: ἐν δὲ τοῖς γεωργικοῖς εὗρον μέδιμνον ξεστῶν Atticorum ϛϛ΄. κοτυλῶν (Georgicarum) ρλϛ.

LIX.

Artaba Babylonia vel Persica est mensura aridorum habens decem Rom. pollices altitudinis, duodeuiginti latitudinis, viginti quatuor longitudinis, amplitudinis 4320. vel potius quatuor Babylonios pollices altitudinis, latitudinis quinque, longitudinis 41. amplitudinis 1620. vel denique nouem pollices Hebraicos Persicosue altitudinis, latitudinis duodecim, longitudinis viginti, amplitudinis 2160. pendetque libras Rom. tritici centum & quinquaginta, olei centum & octoginta, vini ducentas, mellis ducentas septuaginta. De hac Artaba intelligendum, quod LXX. & Hieronymus passim. Chomerum sex Artabas vertunt, aut sex Artabas capere docent. Cum ergo Herodotus libro primo ait, Ἀρτάβη μέτρον ἐστὶ περσικὸν χωρέον μεδίμνου Ἀττικοῦ πλέον χοίνιξι τρισὶν Ἀττικῇσι, intelligendum id de medimno cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης, vel potius ἑκκαιδεκάτης propter subductionis facilitatem, siue de medimno Georgico, & de Chœnicibus Atticis proprie dictis, quæ binos Atticos sextarios capiunt. Forte etiam Artaba Medica eadem fuit cum Persica, sed ita, vt ab autoribus minus accurate describatur. Polyænus stratag. l. 4. ἡ Ἀρτάβη μηδικὴ μέδιμνος ἐστὶν Ἀττικός.

Suidas: Ἀρτάβη μέτρον μηδικὸν ὅπερ Ἀττικὸς μέδιμνος, immo Georgicus, cum auctario vnius Attici congii, siue centum vnciarum tritici, sed præstat Herodoti verbis insistere. Medimnus Atticus pendet vncias tritici mille sexcentas. Adde auctarium τῆς ἑκκαιδεκάτης, siue centum vncias, fient vnciæ mille septingentæ. Tres Chœnices Attici rasi, siue sextarii sex Attici pendent etiam rursus vncias

 tritici

tritici centum. Ita colliguntur vnciǫ tritici 1800. quot capit Artaba Persica sua Babylonia aut Medica.

LX.

Barillus Romanus est mensura liquidorum, quæ hodie Romę est in vsu, habens vnum pedem Rom. altitudinis, duos longitudinis, latitudinis vnum & trientem, amplitudinis duos & bessem, siue pollices 4608. capitque libras Rom. tritici centum sexaginta, Olei $175\frac{1}{3}$. vini $213\frac{1}{3}$. mellis 288. congitellos octo, bocales 32. folietas 64. Itaque Barillus hic erit quadrantal Babylonium. Sed quo nomine Babylonii suum quadrantal nuncuparint, id vero nescimus, nisi quod Babylonia tritici Artaba cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης æquat capacitatem quadrantalis Babylonii siue Barilli Romani.

LXI.

Medimnus Parisinus, vulgo mina, est mensura aridorum, medimnis supra memoratis, tum, inquam, Attico, tum Siculo ἀνάλογος, habens duos pedes Parisinos longitudinis, latitudinis vnum, altitudinis tantundem, amplitudinis pedes duos, vel 3456. pollices Parisinos, Romanos vero circiter quinque millia septingentos & quadraginta $\frac{20}{27}$. pendetque libras tritici Parisinas centum & octo, olei centum viginti octo, aquę centum quadraginta quatuor, mellis centum nonaginta duos. Romanas vero libras tritici centum sexaginta duas, olei centum nonaginta duas, aquæ ducentas sexdecim, mellis ducentas octoginta octo. Budęus sui assis l. V. fol. 133. *Extat*, inquit, *in actis decurionum medimnum lectissimi tritici appensum iussu decurionum fuisse, inuentumque esse pondus centum & sexdecim librarum, quæ ratio efficit in modium vndeuicenas libras nostras & quadrantes.* (lege, & trientem.) Hæc Budæi verba sic intelligẽda sunt, medimnus tritici selectissimi Parisinus rasus pendet libras Parisinas octo & centum. Cum auctario τῆς δωδεκάτης libras centum & septendecim. Huic autem medimno à decurionib. appenso deesse potuit ad iustam auctarii mensuram, vna scil. tritici libra, vt auctarii loco adiectum sit non τὸ δωδέκατον, sed tantum τὸ τρισκαιδέκατον, idque non plenum.

LXII.

Ohme Heidelbergicum est mensura liquidorum, habens duodecim pollices Heidelbergicos altitudinis, 24. latitudinis, longitudinis totidem, amplitudinis 6912. pendetque libras Heidelbergicas tritici 135. olei 162. vini 180. mellis 243. libras vero Rom. tritici ducentas, olei 240. aquæ 270. mellis 360. ac proinde Ceramia siue quadrantalia Attica tria

præcise.

præcise. Tutius igitur est, & hanc & reliquas mensuras Heidelbergicas ex Attico pede conficere, quam ex Heidelbergico. Ita Ohme habebit pedem vnum Atticum altitudinis, latitudinis vnum, longitudinis tres, amplitudinis totidem.

LXIII.

Malder Heidelbergicum est aridorum mensura, habens 12. pollices Heidelbergicos altitudinis, 24. latitudinis, longitudinis 32. amplitudinis 9216. vel pedem vnum Atticum altitudinis, latitudinis vnum, longitudinis quatuor, amplitudinis totidem, siue pollices Atticos 6912. capitque libras Heidelbergicas tritici centum & octoginta, olei 216. vini 240. mellis 324. libras vero Rom. tritici $260\frac{4}{5}$. olei trecentas & viginti, aquæ trecentas sexaginta, mellis 480. Cęterum quia circa Heidelbergam rarus est tritici vsus, ideo si quęras, quodnam sit legitimum huius mensuræ pondus, respondebitur tibi, pendere libras Heidelbergicas 164. si siligine videlicet impleatur, Werntzel 41. Simmer viginti & semis, Impfell quinque, & vncias duas. Sed quia triticum siligine nobilius est, ideo, vt reliquas, sic & has Heidelbergicas mensuras ad tritici pondus reuocare placuit, obseruata inter siliginis & tritici pondus ea ratione, quæ est inter decem & nouem, puta Imfell siligine plenum pendet libras Heidelbergicas quinque & duas vncias, ac proinde circiter vncias Heidelbergicas 82. vel 81. tritico igitur plenum pendebit vncias Heidelbergicas nonaginta.

LXIV.

Sextarius Parisinus maior est mensura aridorum habens duos pedes Parisinos latitudinis, longitudinis duos, altitudinis vnum, amplitudinis quatuor, siue pollices Parisinos 6912. Romanos $9481\frac{11}{17}$ pendetq; libras Parisinas tritici ducentas sexdecim, olei ducentas quinquaginta sex, aquę ducentas octoginta octo, mellis trecentas, octoginta quatuor, Romanas vero libras tritici trecentas viginti quatuor, olei trecentas octoginta quatuor, aquæ 432. mellis quingentas septuaginta sex.

LXV.

Letec Hebræorum est mensura aridorum habens triginta pollices Rom. longitudinis, latitudinis viginti quatuor, siue pedes duos, altitudinis sesquipedem, amplitudinis pollicum duodecim millia nongentos & sexaginta, siue cubicos pedes Rom. septem cum semisse, pollices Atticos vndecim millia septingentos, vel duodecim pollices Hebraicos altitudinis, totidem latitudinis, longitudinis 45. amplitudinis 6480. pendetque libras Romanas tritici quadringentas quinquaginta, olei quingentas quadraginta, vini sexcentas, mellis octingentas & decem, semel

tantum in Scriptura vox hæc reperitur. Hoseæ 3. 2. *Comparaui eam mihi quindecim ſiclis argenteis chomere hordei, & leteco hordei.* Vetus Interpres: *Fodi eam mihi quindecim argenteis, choro hordei & dimidio choro hordei.* LXX. ἐμισθωσάμην αὐτὴν ἐμοὶ πεντεκαίδεκα ἀργυρίων, καὶ γόμορ κριθῆς, καὶ νέβελ οἴνου. Atqui hoc non eſt ſacrum contextum vertere, ſed peruertere. Hieronymus in eum locum: *Pro gomor in Hebraico ſcriptum eſt chomer, quod omnes Interpretes abſq; LXX. chorum interpretati ſunt, ſermone Græco & maxime Palæſtino, qui habet triginta modios. Et pro nebel vini in Hebraico legitur LETECH SEORIM, quod cæteri Interpretes ἡμίκορον ordei tranſtulerunt, id eſt, mediam partem chori, quæ facit quindecim modios*, Hebræos ſcil. vel Atticos. R. D. Kimchi, *Letech eſt chomeris dimidia pars.* At Epiphanius, quia audiuerat eo verſiculo haberi vocem Letec, ibique vidit tantum vocem gomor, quæ huic reſpondere poſſet, ideo putauit letec & gomor idem eſſe. Λέτεχ, inquit, καὶ γόμορ τὸ αὐτό εἰσι. δέκα γὰρ καὶ πέντε μόδιοι σημαίνονται οὗτοι. Idem: δύο εἰσὶ γόμορ, μέγα καὶ μικρόν, ὧν τὸ μέγα ἰσόμετρόν ἐστι τοῦ λέθεκ δεκάπεντε καὶ αὐτὸ ὂν μοδίων, (Hebr. ſc. modiorũ, ſiue ſatorũ,) λέθεκ γὰρ καὶ τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ κέκληται, ὅ ἐστιν ἔπαρμα ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ νεανίου ἐπαρθῆναι τοὺς δεκάπεντε μοδίους καὶ ἐπιτεθῆναι τῷ ὄνῳ, ſane non mediocre eſt iſtud onus. Eſt enim Letech fere ſeſquiſextarius Pariſinus, ſiue libræ Pariſinæ 324. Atqui noſtratium Aſinorum onus ordinarium eſt Pariſinus tritici ſextarius. Sunt tamen qui non grauatim ſeſquiſextarium Pariſinum ferunt. Letec, inquam, tritici pendet Pariſinas libras ducentas nonaginta quinq; Seſquiſextarius Pariſinus libras trecentas viginti duas. Redeamus ad Hebræos. R. Natan: *Letec eſt dimidia pars chori, continens quindecim ſeas, Ephas quinque.* Idem docet R. Schelomoh Iarchi in hunc Hoſeæ locũ, vbi etiam citat teſtimonium R. Hai docentis τοῦ λέτεχ hordei pretium eſſe viginti quinque ſiclos. Chomeris vero quinquaginta. De minoribus autem ſiclis id intelligendum, atque adeo annona chara potius quam vili. In Baua media R. Abiiaci ſic ait: לתך מחזיק חמש עשר סאה וגודשא *Letec capit quindecim ſeas cum auctario τοῦ πεντεκαιδεκάτης, vel ſexdecim raſas.* Nos autem pondus menſuræ raſæ ſemper hic ponimus. Quindecim ſeæ raſæ pendent libras Rom. tritici quadringentas quinquaginta, quindecim cum auctario τοῦ πεντεκαιδεκάτης, vel ſexdecim raſæ pendent libras Romanas quadringentas octoginta. Sed enim dixeris, qui potuit vas pollices Hebraicos 648 ɔ. cubicos habens pendere quadringentas octoginta libras Romanas tritici, quod eſt Leteci pondus, teſte R. Abiiaci? Reſpondeo, vt ſatum ſic & Letec eſſe duplx, raſum & cumulatum, iuſtum ſiue præciſum, & cum ſuo auctario. Nos raſum & iuſtum definimus. Præterea neq; Letec, neque medimnus Atticus, neque Epha vaſorum nomina ſunt, ſed numerorum,

merorum, quibus minorum mensurarum numerum sua multitudine importunum ad breuiores summas contrahimus. Sic Parisinus sextarius vas non est, sed vox quædam, qua designamus duodecim modios, siue Bœotios Parisinos. Ideoq; sea siue satum, μέτρον siue middah, κατ' ἐξοχὴν dicitur, quia est vasculorum aridis Hebræorum mensuris inseruientium maximum, quemadmodum & modius tum apud Græcos, tum apud Romanos, vnde & modius dicitur ab Hebrea voce middah מדה, i. e. mensura. Nos tamen ad methodi commoditatem, & vt facilius aridorum mensuræ cum liquidorum mensuris comparentur, ita agimus, ac si reuera fuissent aliqua vasa, eaque cubica, quæ medimnum, letecum, chomerum &c. caperent.

In liquidorum autem mensuris nihil à nobis ad methodi commoditatem consingitur, nisi quod vt aridorum, sic & liquidorum mensuræ, grandiores præsertim solent fieri rotundæ, κυλινδροειδεῖς. Nos autem, quia circuli quadratura, εἴτε ἐπιστητὸς, εἴτε οὐκ ἐπιστητὸς nobis ignota est, ideo maluimus omnia vasa ad cubicam siue quadratam formam, quam ad circularem siue κυλινδροειδῆ reducere. Hoc ergo semel monuisse sufficiat. Satum tritici rasum pendet libras Roman. triginta. Cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης pendebit libras triginta duas, Epha siue tria sata rasa pendebunt nonaginta libras, cum auctario nonaginta sex, atque ita proxime accedet ad pondus Artabæ, tritico plenæ, quæ causa esse potuit, vt hæc Artaba Ægyptia cum Epha vel Bato ad metreta confunderetur ab Epiphanio.

Sed enim, quidni alii, vt & nos, δωδεκάτην acceperint auctarii loco, aut etiam δεκάτην? Certe tum Epha cum auctario Decumano vna tantum libra minus pendebit quam Artaba. Sic medimnus Atticus proprie capit sextarios Atticos nonaginta sex cum auctario τῆς ἑκκαιδεκάτης fiunt sextarii centum & duo. Cum auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης fiunt sextarii 102$\frac{2}{5}$. Ideo ad vitandam huius fragmenti δυσεργίαν & molestiam assumitur ἡ ἑκκαιδεκάτη, adde tres Chœnicas Atticos siue sextarios Atticos sex, fiunt Attici sextarii centum & octo. Totidem sextarios capit Artaba Persica. Ideo recte dixit Herodotus, Artabam Persicam esse medimnum Atticum, nempe cum auctario legitimo, & tres insuper Chœnicos Atticos. Alioqui medimno Attico raso ac sine auctario sumpto addendi essent Chœnices Attici sex vel Chœnices militares tres.

Quod si medimnū sumas cum auctario τῆς δεκάτης, vel ὀγδόης, (quod auctarium

viginti quatuor latitudinis, quadraginta quinque longitudinis, amplitudinis 12960. pendetque libras Rom. tritici nongentas, olei mille octoginta, vini mille ducentas, mellis mille sexcentas & viginti. Ezech 45.11. *Epha & Batus mensura vnius esto, vt capiat decimam Chomeris Batus, & decimam Chomeris Epha, ad Chomerum referatur vtriusque mensura. v. 13. Hæc esto oblatio, quam offeretis Iehouæ, sexta Epha è Chomere tritici, offeretis quoque sextam Epha è Chomere hordei. v.14. Statutum olei esto decima Bati è coro. Batus est olei mensura. Decem Batorum est Chomer, quia decem bati Chomerum implent.* Hieronym. in hunc locum: *Et hic mutatis nominibus mensurarum in LXX. editione confusa sunt omnia, vt quid dicatur, non possit intelligi.*

Vulgata versio multo propius ad verum accedit, siue ea sit Hieronymi, siue cuiuspiam alterius. Nos hic ea verba posuimus, quæ mentem Prophetæ propius referre videntur. Esaias famem Israelitis extremam interminaturus, ait, futurum, vt ne decimam quidem sementis partem ex agro decerpturi sint. c. 5. v. 10. *Qui seminat chomerum, metet Epham.* LXX. ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία. Eusebius: προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς. Lib. 9. ὁ δὲ κόρος ἐστὶν ἀρταβῶν ἕξ. Idem ex Eupolemo: ὁ δὲ κόρος τοῦ οἴνου μέτρα δέκα. Ita μέτρον ἁπλῶς dictum, in aridis quidem erit satum, in liquidis batus. Hieronym. in Ezech. 45. *Corus, qui Hebraice dicitur Chomer, & à LXX. dicitur Gomor, habet triginta modios, tam in aridis speciebus, quam in liquentibus.* Ideo Leuit. 27. 16. Pro Chomere LXX Corum, Hieronym. triginta modios vertit. Modios, inquam, Hebræos siue sata. R. D. Kimchi. *Chomer est idem quod Corus, capitque decem Ephas, triginta Seas.* Idem docet R. Schelomoh Iarchi in Hoseæ 3.2. Rursus Hieronymus in Esaię 5. 40. *Pro triginta modiis, quos nos pro coro posuimus, qui Hebraice dicitur Chomer, LXX. verterunt ἀρτάβας ἕξ, quæ mensura est Ægyptiaca, & facit modios viginti.* Hic sane dormiebat Hieronymus. Nam LXX. hic Persicam aut Medicam intelligunt Artabam, non Ægyptiacam, nisi forsan Ægyptiis fuit duplex Artaba, quarum vnius ad alteram sit ratio sesquialtera, hoc est, duę Artabæ Persicæ vel Medicæ capiunt tres Artabas eiusmodi, quales Epiphanius & Fannius Ægyptiacas vocant. Præterea hæc Artaba, quæ est Chomeris aut Cori sextans, capit non modios, sed congios Romanos viginti. Epiphanius: ἑρμηνεύεται τοίνυν ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὁ καλεῖται χὸρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι (hoc est, sata) λ'. χὸρ δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς βουνοῦ ὑποθέσεως· χαρία γὰρ καλεῖται βουνός. βουνωθέντες δὲ οἱ τριάκοντα μόδιοι ποιοῦσι φορτίον καμήλου, vel potius, ἡμιόνου. Certe Caria כריא Chaldæis significat aceruum, cumulū, Car Hebręis כר clitellas Cameli, Gen. 31. 34. quanquam hoc loco quidam etiam exponunt stramentum. *Abscondit ergo Rachel idola patris sub clitellis Cameli*, vel, *substramento.* Et in Rabbinorum quoque scriptis Car כר quandoque

ſtramentum ſignificat. Heſychius ϛυρὸς , σιβαί. Epiphanius ad clitellas Cameli reſpexit. Sed aliud eſt notatu non indignum; Corus capit ſeptingentos viginti ſextarios Rom. inter chœnicas, ea, quam ſeſtertiariam diximus, capit ſextarios Roman. duos. Itaq; Corus capit chœnicas 360. quot videl. ſunt dies in æquabili anno Aſiatico. Rurſus Corus cum ſuo τῆς πεντεκαιδεκάτης auctario venditus capit ſextarios 768. Chœnicas ſeſtertiarias 384. quot dies habet annus Lunaris Embolimæus. Quidquid ſit vt chœnix ſeſtertiaria erat multorum ἡμερησιοτροφῆς apud Rom. ita Corus erat q. annuum hominis demēſum. Id ad noſtra tempora relatum, quomodo ſeſe habeat, videamus. Corus tritici raſus pendet libras Rom. 90. cū auctario τῆς πεντεκαιδεκάτης pendet libras 960. Dico ego hic homini non voraci ſellulariam vitam agenti ſufficere in annum Rom. tritici libras non modo 90. ſed & 80. atq; adeo pauciores. Neq; v. de iis loquor, qui more Perſarum nihil obſonii loco adhibent ad panem præter naſturtium; ſed de iis, qui paulo liberalius agunt. Me quidem ſcio, in diem binas ſiue tritici, ſiue panis libras Rom. conſumere non poſſe. Atq; adeo expertus ſum, ſeſquilibram Rom. vel Pariſinam panis candidi libram mihi ſufficere poſſe, idq; abunde. Et alios video quamplurimos literatos viros, qui idem de ſe teſtentur. Sed cum hic eo pane pleriq; patresfamilias vtuntur, cui dixi quartam tantum partem in furfures abire, ſed ita, vt tantundem aquæ hauriat, quantum in furfures ſecernitur, ita quotidiano vſu experiri ſe teſtantur ternos fere tritici ſextarios Sedanenſes ſingulis in annum poſſe ſufficere. Hac ratione quartarius Sedanenſis erit veluti menſtruum hominis demenſum. Pendet a. tritici grauiſſimi & optimi libras Pariſinas $41\frac{1}{2}$ vel 42. vt quidem expertus ſum, ſiue vncias Pariſ. 664. vel 672. Rom. fere 759. vel 768. tritici vero paulo leuioris, circiter Rom. libras 62. & ſemis, vncias Rom. 750 Hic a. auctarii loco adhibetur non ἡ δωδεκάτη, ſed ἡμιδωδεκάτη vel εἰκοστοτετάρτη. Hac ratione quartarius Sedanenſis cum legitimo τῆς πεντεκαιδεκάτης auctario pendebit circiter 700. vncias tritici Pariſinas, Roman. 80. Atq; ita 80. libræ tritici Rom. in annum ſufficient, in diem vero circiter binæ, vel vnciæ $26\frac{2}{3}$. Si modo 30. tantum dies menſi tribuantur anno 360. Sed liberale eſt, & veluti πλεονάζον iſtud demenſum, vt in menſem in ſingula capita tribuantur ſinguli quartarii Sedanenſes. Itaque Chœnix illa, quam bilibrem diximus, erat non illiberale demenſum hominis diurnum. Cum ergo Ceramium Atticum Werntzel Heidelbergicum, & quartarius Sedanenſis cum legitimo τῆς πεντεκαιδεκάτης auctario ſint eiuſdem capacitatis, merito à nobis dici poſſunt menſtruum hominis demenſum. Viciſſim duo Medimni Attici, Malderas

derus Heidelbergicus, & sextarius Sedanensis erunt quatuor mensium demensum. Tres Medimni Attici sesquimalderus Heidelbergicus, & tres sextarii Sedanenses erunt annuum hominis demensum.

Quod si demensi diurni loco bilibri Chœnice non contentus Atticam exigas, tum tibi in mensem opus erunt millenæ tritici vnciæ Romanæ, ac proinde totidem libræ Romanæ in annum, siue Corus integer cum auctario πεντεκαιδεκάτης, & insuper vnciæ tritici Romanæ quadraginta.

LXVIII.

Culeus Romanus & maior Hebręorum Corus sunt mensuræ eiusdem capacitatis. Et culeus quidem Romanus liquidorum mensura est, habens duos pedes Romanos altitudinis, duos latitudinis, quinque longitudinis, amplitudinis viginti; Romanos, inquam, pedes, vel si mauis pollicum Romanorum triginta quatuor millia quingentos & sexaginta.

Maior vero Corus est mensura aridorum habens pedes Hebraicos duos altitudinis, latitudinis totidem, longitudinis duos cum semisse, amplitudinis decem, siue pollices Hebræorum 17280. pendentque libras Romanas tritici mille ducentas, olei mille quadringentas, & quadraginta, vini mille sexcentas, mellis bis mille centum & sexaginta.

Fannius:

Est & bis decies quam concipit amphora nobis
Culeus, hac nulla maior mensura liquoris.

Plinius lib. XIV. cap. IV. *Sæpenumero septenos culeos quaterna iugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas musti dedêre.* Columella l. 3. c. 3. *Quippe vt deterrimi generis sint vineæ, tamen si cultæ sint, singulos vtiq; culeos vini singula earum iugera peræquabunt, vt trecentis nummis quadragenæ vrnæ veneant, quod minimum est pretium annonæ. Consumant tamen septem culei sestertium duo millia & centum nummos.* Corum autem Hebræorum qui dixerit fuisse duplicem, legi neminem, videtur tamen id colligi posse ex variis cori definitionibus. Et minoris quidem cori definitiones supra commemorauimus

Ad maiorem Corum hęc pertinere videntur: Iosephus belli Iudaici lib. 5. c. vlt. Ἀλλὰ καὶ τοῦ πολέμου μικρὸν ἔμπροσθεν, Κλαυδίου Ῥωμαίων ἄρχοντος, Ἰσμαήλου παρ' ἡμῖν ἀρχιερέως ὄντος, καὶ λιμοῦ τὴν χώραν καταλαβόντος, ὥστε τεσσάρων δραχμῶν πωλεῖσθαι τὸν ἀσσάρωνα, κομισθέντος ἀλεύρου κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων, εἰς κόρους ἑβδομήκοντα, μέδιμνοι δὲ οὗτοι σικελικοὶ μὲν εἰσιν εἷς καὶ (delēdū καὶ illud) τριάκοντα, Ἀττικοὶ δὲ τετταράκοντα εἷς, οὐδεὶς ἐτόλμησεν τῶν ἱερέων κόκκον ἓν φαγεῖν,

vel hic locus plane corruptus est, vel sic intelligendus videtur, vt sumatur μεδίμνν vox pro modio. Modium autem Atticum eundem esse cum Hebræo, iam supra diximus. Dicit ergo Iosephus, vnumquemque Corum capere tricenos siculos, modios. Hebræos vero quadragenos. Idem Ἀρχαιολ. l. 15. c. 11. ὁ δὲ κόρος δύναται μεδίμνους Ἀττικοὺς δέκα. Hic vel legendum, μετρητάς, vel μεδίμνους σικελικούς, vt causa erroris sit, quod Selah vel medimnus siculus vini tantundem pendet, atque medimnus Atticus olei. Eodem referri potest, quod supra ex Epiphan. produximus. Εἴληπται τούτων ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὃ καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι λ'. χὸρ δὲ λέγεται ἀπὸ τῶν βουνῶν ὑποδείξεως. χαραὰ δὲ καλεῖται βουνὸς βουνωθέντες δὲ οἱ τριάκοντα μόδιοι ποιοῦσι φορτίον καμήλου. Etiamsi concedatur esse vera hæc distinctio, quam instituimus inter Corum maiorem & minorem, tamen potuit Epiphan. eam ignorare, vel minus accurate tradere. Ea igitur sic potest explicari: Corus minor siue Chomer capit triginta modios Hebræos siue sata, estque onus muli, vt Letec asini. Onus, inquam, grauissimum, tum asini tum muli robustissimi. Sic enim asinus baiulare dicetur libras Parisinas trecentas viginti quattuor, Mulus quingentas & nonaginta. Atqui solent asini non segnes sextarium tritici Parisinum baiulare, sed sextarium tantum, hoc est, libras ducentas & sedecim, vel ad summum 240. mulo itidem solent imponi, teste Vigenero, libræ Parisinæ 375. At muli Regii, qui Francisci I. Regis λύτρον Fontarabiam tulerunt, Parisinas auri libras $357\frac{1}{2}$. baiulabant, Rom. $416\frac{2}{3}$. Nam, vt testatur Martinus Bellaius, triginta duo muli ferebant decies centena ducenta & quadraginta aureorum millia, sed ex his poterat vnus esse vacuus, vt aliis, si forte quid in via contingeret, esset subsidio, ita cuique mulorum tribuentur præcise quadragena aureorum millia, Romanarum auri vnciarum quina millia, quę efficiunt Romanas auri libras $416\frac{2}{3}$. Parisi. $357\frac{1}{7}$. Sed arcarum ferratarum, in quib. conditum erat aurum, poterat magnum esse pondus, puta librarum viginti vel duodeuiginti. Ita fient circiter 380. vel 375. libræ Parisinæ, prout vult Vigenerus. Quin etiam video qui contendant, mulum baiulare posse quadringentas, atque adeo quingentas libras Parisinas. Sexcentas vero aut 590. libras posse mulo imponi, audiui nunquam.

Corus autem maior culeo Romano respondens, capit modios siculos triginta, Medimnos siculos decem, Atticos nouem, estque onus Cameli. Diodorus Siculus l. 2. de Camelis Arabicis loquens: αἱ δὲ, inquit, πρὸς νωτοφορίαν ἠσκημέναι, πυρῶν μὲν ἀνὰ μεδίμνους δέκα νωτοφοροῦσιν, ἀνθρώπους δὲ κατακειμένους ἐπὶ κλίνης πέντε βαστάζουσι. Decem medimni Attici pendent vnciarum tritici Romanarum sexdecim, Parisinarum quatuordecim millia,

millia, ac proinde libras Parisinas octingentas septuaginta quinque. Huic conuenit, quod audio à quibusdam affirmari, duos Camelos grauius onus ferre posse, quam tres mulos, quantumuis robustos. Demus enim rarum esse Arabicorum Camelorum robur, vt reliqui ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ non nisi 750. libras ferre possint, ita duo Cameli ferent libras mille quingentas. At quotusquisque mulus est, qui quingentas possit baiulare? Atque hæc omnia eo produximus, vt exploremus, primum sintne apud Hebræos duo Cori genera; secundo, quænam sit maioris cori capacitas. Vtrumque enim fatemur nobis adhuc incompertum esse. Itaque fas sit nobis Romanorum illud vsurpare, *Non liquet*.

LXIX.

Botta Romana est mensura liquidorum, habens vnum pedem Ro. altitudinis, latitudinis duos & bessem, longitudinis quatuor, amplitudinis $21\frac{1}{3}$. vel pollices 36864. capitque libras Rom. tritici mille ducentas & octoginta, olei 1536. vini 1712. mellis 2304. Itaque huic vasi tribuuntur libræ Rom. vini mille septingentę, reliquum fęcibus imputatur. Capit autem Barillos Romanos siue quadrantalia Babylonia 8. libras tritici Parisinas octingentas & quadraginta, olei 648. &c.

LXX.

Fuder Heidelbergicum est mensura liquidorum habens pollices Heidelbergicos altitudinis 24. latitudinis 48. longitudinis 60. amplitudinis 69120. vel duos pedes Atticos altitudinis, tres latitudinis, longitudinis 5. amplitudinis 30. capitq; Heidelbergica Ohmen decem, Wernzella siue Ceramia aut Quadrantalia Attica triginta, Simmeros 60. Vuertella centum & viginti, Infella siue congios Atticos 240. Massios quadringentos octoginta, Sextarios Atticos, quos Dreiling vocant, 1440. Sextarios Heidelbergicos, quos Schopen vocant, siue cotylas Georgicas 1920. Capit, inquam, libras Heidelbergicas tritici 1350. olei 1650. vini mille octingentas, mellis 2430. libras vero Romanas tritici bis mille, olei bis mille quadringentas, aquæ bis mille septingentas. mellis ter mille sexcentas.

LXXI.

Moius Toletanus est mensura liquidorum, habens pollices Toletanos altitudinis 24. latitudinis 25. longitudinis 72. amplitudinis 43200. Romanos 25. millia præcise, Atticos 22118. Itaque si duo Romani pollices darent olei vnciam Rom. Moius caperet vncias olei Romanas 12500. sed, vt non semel monui, duo pollices Rom. non integram olei vnciam Rom. præcise conficiunt. Si nouem pollices Attici dant vncias Rom. 5. quod vero proximum videtur, tum Moius capiet vncias olei Ro. 12320. Antecedentium autem epilogismorũ series dat Moio vncias olei 12240.

quod à vero non multum abeſt, vt in tanto numero. Moius ergo capit Azumbros ſiue congios Toletanos ducentos, ac proinde libras Toletanas tritici ſexcentas, olei 720. vini octingentas, mellis 1110. libras vero Romanas tritici 850. olei 1020. vini $1133\frac{1}{3}$. mellis 1530.

LXXII.

Cahiz Toletanum eſt aridorum menſura habens duos pedes Toletanos altitudinis, latitudinis duos cum quadrante, longitudinis decem, amplitudinis quadraginta quinq; ſiue pollices Toletanos 77760. capitq; fanecas duodecim, libras Toletanas tritici mille octoginta, olei 1296. vini 1440. aquæ 1488. mellis 1944. libras vero Rom. tritici 1530. olei 1836. vini 2040. mellis 2604.

LXXIII.

Mudium vel modium triticarium Pariſinum eſt menſura aridorũ, habens duos Pariſinos pedes altitudinis, quatuor latitudinis, ſex longitudinis, amplitudinis duodequinquaginta, vel pollices Pariſinos 82944. Romanos $137797\frac{20}{27}$. Atticos $100663\frac{11}{373}$. Primum ergo notandum, modium hoc capere quadrantes triticarios 576. Quod ſi duo pollices Romani darent Romanam olei vnciam, vel 24. pollices libram, tum modium hoc caperet Romanas olei libras $5741\frac{23}{24}$. Sumamus 5760. hoc modo quadrans triticarius caperet libras olei Romanas decem, quod nimium eſt. Rurſus ſi nouem pollicibus Atticis tribuantur quinque olei vncię Rom. vel pollicibus 108. quinque libræ, aut quod eodem recidit, pollicibus octo, quinque vnciæ aquæ, pollicibus 96. quinque libræ aquæ, tum modium hoc capiet 4660. olei libras Rom. quadrans triticarius libras Rom. $8\frac{11}{144}$. Sed quia ad ſubductionis facilitatem moleſtum iſtud fragmentum $\frac{11}{144}$. omiſimus; ideo modio huic conuenient tantum Rom. olei libræ 4608. hoc eſt, libræ Rom. 52. minus quam poſtulabat Atticus canon, quod vt in tanto numero non eſt magni momenti. Nos igitur tribuemus huic modio Pariſinas tritici libras 2592. olei 3072. vini 3456. mellis 4608. Romanas vero libras tritici 3888. olei 4608. vini 5184. mellis 6912.

LXXIV.

Achana Perſica ſiue Babylonia eſt aridorum menſura habens pollices Babylonios altitudinis 24. latitudinis quinquaginta, longitudinis 52. amplitudinis 64800. vel pedes Hebraicos aut Perſicos altitudinis 2. latitudinis quinque, totidemq; longitudinis, amplitudinis quinquaginta, vel denique tres pedes Atticos altitudinis, quatuor latitudinis, longitudinis octo, amplitudinis nonaginta ſex, capitque libras Rom. tritici

ſex

ſex millia, olei ſeptem millia ducentas, vini octo millia, mellis decem millia & octingentas, vncias vero Pariſinas tritici ſexaginta tria millia, olei 75600. vini octoginta quatuor millia, mellis 113400. Ariſtophanes Ἀχαρναῖς. οὔκ, ἀλλ' ἀχάνας ὁ δίχα χρυσίου λέγει. Scholiaſtes in hunc locum: Ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικὸν, ὥσπερ ἡ Ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. Ἐχώρει δὲ μεδίμνους Ἀττικοὺς τεσσαράκοντα πέντε. ὥσπερ μαρτυρεῖ Ἀριστοτέλης. In quibus verbis vox illa παρ' Αἰγυπτίοις videtur eſſe gloſſema. Nam vt Ἀχάνη, ſic & Ἀρτάβη μέτρον ἐστὶ Περσικὸν, non minus quam Ægyptiacum. Quidquid ſit hęc menſura, omnium, quas nouimus, ampliſſima, capit Heidelbergica fudera tria, Romanos culeos quinque, artabas Perſicas ſiue Babylonias quadraginta, medimnos Atticos quadraginta quinque, artabas Ægyptiacas ſexaginta, amphoras Romanas centum, vrnas Romanas, modios Atticos, Syriacos, Babylonios & Hebræos ſiue ſata ducenta, modios Rom. & congitellos ſiue congios Babylonios trecentos, Pintas Pariſinas duo millia ſexcentas viginti quinque, ſextarios Atticos & Dreiling Heidelbergica 4320. ſextarios Rom. quatuor millia & octingentos, chopinas ſiue ſextarios Pariſinos quinq; millia ducentos & quinquaginta, cotylas Georgicas & Schopen ſiue ſextarios Heidelbergicos 5760.

&c.

MISCEL-

MISCELLANEA AD REM NVMMARIAM & mensurariam pertinentia.

PRÆFATIO.

BVdæus in præstantissimo suo de Asse opere non contentus multa de Ponderibus, nummis & mensuris, hactenus inaudita docuisse, alia præterea passim intermiscet, quasi instituti operis additamenta tanta industria & eruditione elaborata, vt multis πάρεργα illa non minus placeant, quam ἔργον ipsum. Sed quia in fundamentis ipsis aliquando ab illo dissentimus, necesse est, vt in Corollariis quoque istis quandoque ab illius sententia recedamus. Si quid ergo huius generis, tum in Budæi Asse, tum in aliis siue recentiorum siue veterum scriptis notatu paulo dignius occurrit, credidimus nos lectori rem non ingratam esse facturos, si id à nobis hic saltem συζητητικῶς retractetur. Ne autem παρεκβάσεων multitudo seriem operis interrumperet, maluimus obseruatiunculas illas simul omnes in vnum fasciculum compingere, quam pro animi arbitrio digressionum beneficio modo huc, modo illuc exspatiari. Poterant autem in hanc foraginem multo plura congeri, & illa ipsa, de quibus agimus, accuratius & plenius pertractari, sed si paucula hæc qualiacunque sunt viris bonis non ingrata fuisse animaduertero, operam posthac, Deo iuuante, dabimus, vt hæc aliquanto copiosius & limatius à nobis enarrentur. Tu interim bene vale, Lector beneuole.

MISCEL-

MISCELLANEA.

1. T R ⎧Tarquini Superbi & Curſoris.
2. I V ⎪Primi Africani & L. Æmilii.
3. M P ⎨Pompeii.
4. H V ⎪Cæſaris.
5. S ⎩Moſis de Madianitis.
6. Salo- ⎧Cenſus.
7. monis ⎩Theſaurus.
8. T H ⎧Aliquot Ægypti Regum.
9. E S ⎪Alexandri.
10. A V ⎪Tiberii.
11. R I ⎩Priuatorum aliquot.
12. Capitatio.
13. Stipendia militum.
14. Frumentatio.
15. Tritici, olei, vini pretium.
16. Leges ſumptuariæ.
17. Gigantes.
18. Velocitatis exempla.
19. Arca Noæ.
20. Amp ⎧Niniues.
21. litu ⎨Veteris Romæ.
22. do ⎩Alexandriæ.
23. S A L ⎧Mare æneum.
24. O M O ⎨Luteres.
25. N I S ⎩Templum.
32. 33. &c. Canones ſationis.
38. Panificium.
39. Atuorum fertilitas.

TRIVMPHI ALIQVOT A LIPSIO EXAMINATI DE magnitudine Romana Lib. II. Cap. IX.

I.

Triumphus Tarquinii Superbi & Papirii Curſoris.

Lipſius in explicandis Rom. triumphis plane triumphat. Primus triumphus, quem excutit, eſt triumphus Tarquinii Superbi de Sueſſa Pometia, cuius prædæ decimas putat fuiſſe quadriugentorum talentorum, ac proinde cumulum quater mille talentorum, hoc eſt, vt ipſe ex Budæo putat, vicies quater centena millia Philippeorum, vel auri duo fere milliones & ſemis. Sane id ſonare videntur verba Dionyſii Halicarnaſſei lib. 4. pag. 251. ὥστε, inquit, τῶν μὲν στρατιωτῶν ἕκαστον πέντε μνᾶς ἀργυρίου λαβεῖν, τὸ δὲ τοῖς θεοῖς ἀνατεθὲν ἀργύριον τετρακοσίων οὐ μεῖον γενέσθαι ταλάντων. Sed à Lipſio Liuius plurimum diſcrepat. Is lib. I. *Sueſſam*, inquit, *Pometiam vi capit, vbi cum diuendita præda XL. talenta auri argentiq́ recepiſſet, concepit animo eam amplitudinem Iouis templi, quæ digna eſſet Deûm hominumq; Rege &c.* Hic videtur Liuius affirmare, totam prædam fuiſſe quadraginta talentorum. Rei veritas, meo iudicio, hæc eſt, totam fuiſſe non quater mille, ſed quadringentorum talentorum, ac proinde Tarquinium huius prædæ decimam, nempe quadraginta talenta ſepoſuiſſe, vt ex ea Iouis Capitolini templũ extrueret. Quid? horum temporum egeſtati, an non ſatis eſſe videtur, ſi prædæ tribuas ducenta, decimis vero viginti aureorum millia, maxime cum annis poſt centum & octoginta quinque, hoc eſt, anno V. C. 430. L. Papirii Curſoris triumphus ſextuplo minor fuerit. *De Samnitibus*, inquit Liuius, *triumphauit inſigni, vt illorum temporum habitus ferebat, triumpho. Nobiles aliquot captiui, clari ſuis patrumq́ factis ducti. Aeris grauis magna vi transuecta vicies centum millia & quingenta tria millia. Argenti quod captum ex vrbibus erat, pondo mille trecenta triginta. Omne æs argentumq́ in ærarium reconditum. Militibus nihil datum ex præda eſt.* Id ſi ad Turoneas noſtri temporis libras redigas, æs conficiet libras 63325. Argentum vero 31920. Colliguntur libræ 95245. Quadringenta vero Tarquinii Superbi talenta conficiunt ſexcenta librarum Turonearum millia.

II.

II.

Triumphi primi Africani & L. AEmilii Pauli.

Liuius l. 28. *P. Scipio de Hispania triumphans argenti præ se in ærarium intulit XIV. millia pondo trecenta quadraginta duo, & signati argenti magnum numerum.* Hęc Liuius. Erat ann. V. C. 548. Q. Metello & L. Philone Coss. quo triumphum de Hispanis meruit potius quam obtinuit Scipio. Summa rudis argenti, quam ærario intulit, confecit libras Turonenses 344208.

Idem Liuius libr. 30. ait, eundem P. Cornelium Scipionem victa Carthagine in ærarium intulisse pondo centum millia & triginta tria, hoc est, vt vult Lipsius, centum triginta tria millia. Id efficit libras Turoneas tres milliones, & centum nonaginta duas. At centum millia pondo, & insuper triginta tria pondo conficiunt aureorum Gallicorum octingenta millia, & 264. librarum 2400792. Contigit autem id anno V.C. 593.

III.

Triumphus Persicus Anno V. C. 587.

L. AEmilius Paulus deuicto Perseo, & subacta Macedonia bis millies HS ærario intulit, & omnium anteactorum comparationem amplitudine vicit. Hæc Velleius, apud quem legendum millies ducenties, nisi forte Velleius παχομερῶς bis millies dixit, quia ea summa millies HS superabat. Liuius l. XLV. *Summam omnem captiui auri & argenti translati HS. millies ducenties fuisse, Valerius Antias tradit.*

Plinius l. 33. c. 3. *Intulit & AEmilius Paulus Perseo Rege deuicto prædam pondo trium millium, à quo tempore populus Rom. tributum pendere desiit.* Lipsius pro pondo trium millium legit ter millies HS. Ego potius legendum censeo, pondo trecentorum millium. Suidas autem ait, in thesauris Regiis inuenta sex millia talentorum, quę sane efficiunt millies ducenties & sexagies centena millia sestertiorum Consularium; Imperialium vero millies quadringenties. Causa igitur errorum est talenti & sestertii varietas. In thesauris Persei inuenta sunt quinque millia talentum Babyloniorum, Atticorum vero sex millia. Plinius forte ita agit, ac si inuenta tantum essent quinq; millia talentûm Atticorum, quæ sane efficiũt trecenta minarum Atticarum millia, & millies ducenties sestertiorum Imperialiũ.

Rurſus quinque millia talentorum Babyl. efficiunt trecenta minarum Babyl. millia.

III.

Triumphus Pompeii Mithridaticus.

Plinius lib. XXXVII. c. 2. *Cætera triumphi eiusdem, quam virilia. Datum Reip. mille talentûm, legatis & quæſtoribus, qui oras maritimas defendiſſent, bina HS millia, commilitonibus ſingulis quinquaginta.* Locus hic proculdubio corruptus eſt. Hunc ſic reſtituendum cenſeo: *Datum Reip. decies (vel duodecies) mille talentûm, legatis & quæſtoribus, &c. ducena HS millia,* commilitonibus, *ſingulis quina vel ſena.* Omitto κειμήλια immenſi pretii, *Coronas ex margaritis triginta tres, montem aureum quadratum, cum ceruis & leonibus, & pomis omnis generis, circumdata vite aurea. Muſæum è margaritis, in cuius faſtigio horologium erat, & imago Cnei Pompeii è margaritis &c.*

At præter hæc veluti muliebris mundi myrothecia videtur Pompeius in ærarium intuliſſe non mille, ſed quinquies decies, aut duodecies mille talenta. Plutarchus: *εἰς δὲ πομπὴν θεάματος παρῆγεν ἐπισήμου ἀργυρίου μυριάδας ἑπτακισχιλίας καὶ πεντακοσίας καὶ δύο.* Id efficit talenta Babylonia 10430$\frac{5}{9}$. Attica 12516. Syriaca quinquies mille præciſe. Librarum Turonearum 18750000. auri ſex milliones, & quod excurrit. *Ἀναθήματα* vero illa ſupra commemorata, coronæ gemmeæ, montes aurei &c. poterant aſſurgere ad quatuor circiter auri milliones. Ita colligentur viginti talentûm Atticorũ milliaria, auri milliones decem, præter donatura militum, populi congiarium, & cæteras huiusmodi impenſas. Pergit itaque Plutarchus: *πρὸς δὲ τούτοις ἔφραζε διὰ τῶν γραμμάτων ὅτι πεντακισχίλιαι μὲν μυριάδες ἐκ τῶν τελῶν ὑπῆρχον, ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει, μυριάδας ὀκτακισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνουσι.* De hoc vide infra, vbi de capitatione agimus. *Ἀναφέρεται δὲ εἰς τὸ δημόσιον ταμιεῖον ἐν νομίσμασι καὶ κατασκευαῖς ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ δισμύρια τάλαντα παρὲξ τῶν εἰς τοὺς στρατιώτας διδομένων, ὧν ὁ τοὐλάχιστον αἴρων κατὰ λόγον δραχμὰς ἔλαβε χιλίας καὶ πεντακοσίας.* Erant in exercitu viginti peditum, equitum quatuor millia. Demus equiti quintuplo plus quam pediti datum, hoc modo tantundem acceperunt quatuor equitum ac viginti peditum millia, hoc eſt, acceperunt pedites ſeſtertiûm millies, equites totidem. Superſunt millies octingenties & quadragies ſeſtertiûm, quæ legatis, chiliarchis & quæſtoribus diſtributa, ita, vt ſinguli ducenta HS millia accipiant, dant nongentos & decem legatos, quæſtores, chiliarchas &c. Deniq; Pompeius militibus dedit ſexdecim, Reipub. viginti talentûm millia, colliguntur in vniuerſum duodeuiginti auri milliones.

IV.

IV.

Cæsaris Triumphus.

Appianus de bellis ciuilibus lib. II. *χρήματα ἐν τοῖς θριάμβοις φασὶ παρενεχθῆναι μυριάδας ἓξ ϗ ἥμισυ ταλάντων, ϗ στεφάνους δύο ϗ εἴκοσι ϗ διοχιλίους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις ἀπὸ χρυσοῦ ἕλκοντας εἰς δισμυρίας ϗ δέκα ϗ τέσσαρας ϗ τετρακοσίας λίτρας.* Si nullus in his numeris est error, vnaquæque corona pendebat septenas libras, & aliquanto plus. *ἀφ᾽ ὧν εὐθὺς ἐπὶ τῷ θριάμβῳ διένειμε τὰ ὑπεσχημένα παντὶ ὑπερβάλλων στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας δραχμὰς Ἀττικάς, λοχαγῷ δ᾽ αὐτοῦ διπλάσιον, ϗ δημόταις ἑκάστῳ μνᾶν Ἀττικήν.* Suetonius: *Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina sestertia, quæ initio ciuilis tumultus numerauerat: in equites vicena quaterna millia nummum dedit.* Hæc verba sic restituit longe doctissimus Casaubonius. *Veteranis* &c. *super bina sestertia, quæ initio ciuilis tumultus numerauerat, vicena in equites quadragena millia nummum dedit.* Rectissime, vt omnia, videat tamen vir eruditissimus, an pro quadragena restitui possit, quater vicena vel octogena. Solebant enim equitibus non duplo, sed quadruplo maiora, quam peditib. stipendia & donatura distribui. Demus ergo viginti, atque adeo vnum & viginti peditum millia fuisse, in quos conferendum erat huiusmodi congiarium, fit quater millies HS. vel quater millies ducenties, hoc est, septendecim millia & quingenta talenta. Fingamus huic parem summam equitibus, tribunis, centurionibus &c. cessisse. Tum dicamus plebeiorum trecenta fuisse millia, quibus singulę minæ datæ sint, vt cum Appiano docet Suetonius, fiunt quinque talentûm millia. Colliguntur in vniuersum quadraginta talentûm millia. Supererant adhuc viginti quinq; talentûm millia, quæ in ærario reponerentur. Verum id esse docet Velleius, nempe ex omnibus triumphis, quos quinque esse ait, pecuniam ex manubiis illatam paulo amplius sex millies HS. Certe sex millies HS præcise XXV. talentûm millia conficiunt.

V.

Clades Madianitarum.

Prædam immensam Israelitæ ex Madianitarum exercitu cœperunt, quam ob causam eius distributionem hic adscribere placuit ex Numer. cap. XXXI.

	Tota præda.	Pars eorum, qui non pugnarunt.	Pugnarunt,	PARS Leuitarum.	Summi Sacerdotis.
Pecudes.	675000	330750.	336825.	6750	675
Boues.	72000.	36280.	35928.	720.	72.
Asini.	61000.	29890.	30439.	610.	61.
Virgines.	32000.	15680.	15968.	320.	32.

Hoc modo totius aſſis centeſima tantum pars Leuitis aſſignata eſt, milleſima vero Iehouæ & ſummo Sacerdoti. Aurum autem oblationis Iehouæ oblatum fuit ſiclorum 16750. Id Tremellius aut Iunius aiunt, *eſſe amplius octingenties tricies ſepties mille quingentorum thallerorum, vt ſiclum aureum denis argenteis, i. e. minimi æſtimemus.* Iunii videtur eſſe hic epilogiſmus: habebat is in animo aliquid amplius pręter id, quod ſcripto exaratum reliquit. Volebat enim, oblationem hanc eſſe non centeſimam, non milleſimam, ſed decimam totius auri partem. Si ergo id ita eſt, totum prædæ aurum aſſurget ad 167500. ſiclos aureos. Hunc numerum rurſus per decem multiplicato (quia aurum vt minimum decuplo precioſius eſt argento) fient ſicli 1675000. Siclus autem eſt dimidia pars Atticæ & Romanæ vnciæ, quam Iunius cum noſtra confundit. Thalleri autem pondus eſt vnciale. Hinc colligit fieri thaleros 837500. At nos aliter rationem inſtituamus. Oblatio hæc potuit eſſe, ſi non milleſima, ſaltem centeſima totius aſſis pars. Sed Siclus vbi de auro agitur, ſolet intelligi didrachmalis. Itaque 16700. Sicli didrachmales aurei dant vncias auri Atticas 4187½. Pariſinas 3664. hoc eſt ratione denaria 36640. Thalleros Imperiales, vel 16750. ſicli didrachmales dant 33500. drachmales aureos, quales ſunt plerique noſtri temporis aurei, cuiuſcunque tandem notæ eos eſſe velis. Itaque ſi oblatio erat decima totius aſſis pars, tota præda aſſurgebat ad aureos 335000. ſin centeſima, ad tres, ſin milleſima, ad triginta tres auri milliones & quod excurrit.

VI.

Cenſus Salomonis.

Annuus Salomonis cenſus in Scriptura definitur ſexcentorum ſexagin-

ſexaginta ſex aureorum talentorum, huic ſummæ ſi addas octo ſolatorum aureorum millia, conficies octo milliones aureorum. Quin etiam ſi ex quindecim aureis vnum tantum vno grano leuiorem, puta 62. grana pendentem, lanci apponas, certe ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri præponderabunt octo milliones auri, vel octingentas aureorum Gallicorum, quos Solatos vulgo vocant myriadas. Erant autem quindecies centena virorum millia à Ioabo computata. Itaque ſi ex his ſolis colligendus fuiſſet ille cenſus tributi nomine, profecto quini quotannis aurei in ſingula virorum capita eſſent aſſignandi, quod ſane multum eſt, vt non mirum ſit, ſi populus apud Roboamum de Salomone conquerens dixerit: *Pater tuus duriſſimum iugum nobis impoſuit.*

VII.

Theſaurus Salomonis.

In theſauris à Salomone in ærario ſacro inuentis, primum aurum, deinde argentum expendemus. Principes Iſraelis DEO conſecrarunt auri talenta quinquies mille, & drachmarum decem millia, 1. Chron. cap. 29. 7. Omnino neceſſe eſt, hæc eſſe talenta maiora, ſiue ſanctuarii, quę pendent duodecim drachmarum millia. Nos autem auri drachmas ſingulas ſingulis noſtri temporis aureis cuiuscunque tandem notæ eſſe velimus, æſtimabimus. Ita fiunt ſexaginta milliones auri, & decem aureorum millia.

Dauid ipſe dat ter mille talenta auri Ophirini eodem cap. verſ. 4. hoc eſt, triginta ſex auri milliones. Antea vero in paupertate ſua ex hoſtium manubiis Domino ſepoſuerat centena talentûm auri millia, quod ſi quis de talentis iisdem intelligat, profecto ridiculum faciet Dauidem, qui in paupertate ſua tricecuplo plura ſepoſuiſſe dicatur, quam in opulentia ſua Regia.

Omnino igitur hæc de talento numiſmatico ſunt intelligenda, cuius eum diximus eſſe modum, vt ſeptuaginta quinque drachmas Atticas pendeat. Dauid ergo in paupertate ſepoſuerat ſeptuagies quinquies centena drachmarum auri millia, ac proinde ſeptem auri milliones cum ſemiſſe. Colliguntur in vniuerſum tres & centum auri milliones cum ſemiſſe. Iam coaceruetur argenti ſumma.

Principes extruendo templo conſecrarunt decem talentûm millia, hoc eſt, decem auri milliones, vel 30. Turonearum librarum milliones. Dauid 7. talentûm millia, h. c. ſeptē auri milliones vel 21. librar. milliones.

1. Chron.

1.Chron.29.v.7.&4. Antea in sua paupertate Domino sanctificauerat decies centena talentûm millia, hoc est, septuaginta quinque drachmarum milliones. Id efficit sex auri milliones, & ducenta quinquaginta aureorum millia, vel librarum Turonearum duodeuiginti milliones, & insuper septingenta & quinquaginta librarum millia. Colliguntur in vniuersum auri viginti tres milliones, & quod excurrit librarum Turonearum fere septuaginta milliones. Quod si aurum cum argento compingas πρὸς χρυσίου λόγον fient centum viginti sex auri milliones. Sin πρὸς ἀργυρίου λόγον, fere trecenta & vndeoctoginta librarum Turonearum milliones.

VIII.

Regum AEgypti quorundam census & thesauri.

Diodorus l.1.de annuo Osymanthis censu loquens, ait, cum imagini ipsius inscriptum, ὑπογεγράφθαι δὲ τὸ πλῆθος συγκεφαλαιούμενον εἰς ἀργυρίου λόγον εἶναι μνῶν τρισχιλίας καὶ διακοσίας μυριάδας. Hæc summa est prorsus ἀδύνατον & prodigiosa. Itaque necesse est omnino subsit aliquod mendacium, vel potius mendum. Ego igitur vix dubito, quin pro μνῶν legendum sit μνᾶς. Annuus ergo Osymanthis census erat vicies centena & tria minarum millia. Vero autem consentaneum est, has esse minas Ægyptiacas pendentes centum & duodetriginta drachmas Atticas, hoc est, sexaginta quatuor librarum Turonearum milliones & nonaginta sex millia. Magnum hoc videtur. Atqui absque modica illa, quam adhibuimus, correctione fore, colligerentur, mille & viginti quatuor librarum milliones, aut certe, vt de minis Atticis id intelligamus, octingenti librarum milliones. Hæc mihi adeo prodigiosa & ridicula videntur, vt mirer, doctissimos Interpretes hæc incastigata reliquisse. Idem Diodorus de Remphi loquens, ἀπέλιπε πλεῖστα χρήματα τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλευσάντων, Ἀργύρου γὰρ καὶ χρυσοῦ παραδέδοται συναγαγεῖν αὐτὸν εἰς τετταράκοντα μυριάδας ταλάντων. Si hæc sunt Attica argenti talenta stathmica, conficiuntur ducenti auri milliones. Sin Ægyptiaca conficiuntur ducenti quinquaginta sex auri milliones, quod etiamsi non assurgit ad prodigiosam illam summam, de qua modo agebamus, tamen adhuc nimium videtur, & facile mihi persuadeam id intelligendum de talentis numismaticis, quæ 75. drachmis æstimauimus. Collegit ergo meo iudicio Remphis 40. talentum auri numismaticorum millia, h. e. 30. auri milliones, & forte id de solo auro intelligendum est, vt argenti quænam summa fuerit nobis ignotum sit.

IX.

IX.

Quot circiter talenta Alexander ex variis Darii thesauris collegerit.

Primum inuenit Damasci quatuor talentum millia, Arbelis tria quatuorue millia, h.e. Babylonia tria & aliquanto plus. Attica fere quatuor Babylone quod inuenerit nemo, quod sciam, notat. Causa hæc videtur esse Damasci quidem & Arbelis inuenta summa non contemnenda, quia ab his vrbibus non procul abfuerant Darii castra prima & secunda pugna. At in reliquis vrbibus nihil omnino Regis nomine, quod quidem mentione dignum videretur, asseruabatur, præterquam in duabus aut tribus, quæ postea commemorantur, vrbibus. Susis ergo inuenta quadraginta talentûm millia, vt Plutarchus & Diodorus referunt, vel quinquaginta, vt Arrianus & Q. Curtius. Vtrique numerum rotundatum pro decurtato sumpserunt. Quadraginta talentûm Babyloniorum millia præcise conficiunt duodequinquaginta talentûm Atticorum millia. Hæc igitur erat summa χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἀσήμου, inquit Diodorus, hoc est, si aurum argentumque, quod in illis thesauris asseruabatur, simul æstimaueris πρὸς ἀργυρίου λόγον, conficientur circiter quadraginta talentûm Babyloniorum millia. Tantam auri & argenti non signati summam fuisse, non est mirum. Herodotus enim libro II. narrat Persarum Reges, vbi notandum aliquam summam parsimoniæ destinabant, solitos esse eam liquefactam in vas testaceum infundere, vnde postea non nisi fracto vase testaceo, idque tum cum maxima vrgeret necessitas, extraheretur. Huiusmodi igitur massas aureas & argenteas Susis inuenit Alexander quamplurimas, & quæ ad hanc, quam diximus, summam assurgerent, hoc est, viginti quatuor auri milliones. Addit Diodorus: ταῦτα δὲ ἐκ πολλῶν χρόνων οἱ βασιλεῖς ἄθικτα διετήρησαν πρὸς τὰ παράλογα τῆς τύχης ἀπολιπόντες, αὐτοῖς τὰς καταφυγάς. Quemadmodum olim Athenienses sua mille talenta. Q. Curtius l. 5. *Vt vero vrbem* (id est, Susas) *intrauit incredibilem ex thesauris pecuniæ summam egisset. Quinquaginta millia talentûm argenti non signati forma, sed rudi pondere. Multi Reges tantas opes longa ætate cumulauerant liberis, posterisq., vt arbitrabātur, quas vna hora in externi Regis manus intulit.* Eandem summam, vt diximus, refert Arrianus. Plutarchus vero & Diodorus quadraginta tantum millia. Sed inuenit præterea Susis Alexander veluti quotidianæ impensæ residuum quoddam auri signati, cuius tanquam leuiusculæ, si cum superiore comparetur, summæ, neque Curtius meminit, neque Plutarchus. Immo nec Arrianus diligentissimus & accuratissimus scriptor. Diodorus tamen ne hanc quidem summam sibi negligendam

Q putauit,

putauit: χωρὶς δὲ τούτων, inquit, ὑπῆρχεν ἐννεακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα. Hæc talenta, si stathmica essent, siue Attica, siue Babylonia, additamentum istud duplo aut triplo maius esset superiori illa summa, quam grauissimi Scriptores tam sedulo, & tanta cum admiratione notarunt. Nam nouem millia Atticorum argenti talentûm valent quadragies quinquies centena aureorum millia. Totidem auri talenta Attica valebunt 54. auri milliones duodenaria ratione, aut certe quadraginta quinq; milliones auri, si denariam rationem sequi malis. Totidem auri talenta Babylonia denaria quidem ratione rursus efficiunt 54. auri milliones, duodenaria 64 auri milliones, & 80. aureorum millia. Omnino igitur necesse est, hæc talenta esse numismatica, quod & satis innuunt Diodori verba, cum ait: χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα. Docet enim, hæc talenta numismatum instar fuisse insignita. Erat ergo magnificum quoddam & regale numisma, Hebræorum, si forte, talento numismatico respondens, ac proinde pendens Daricos triginta septem cum semisse, drachmas vero ac proinde nostrates aureos septuaginta quinque. Totum ergo illud aurum signatum assurgere poterat ad sexcenta septuaginta quinque aureorum nostratium siue drachmalium millia. Neque dubitandum est, quin etiam argenti signati copia aliqua inuenta sit, sed cuius meminisse non putarint Historici esse dignum operæ pretium, fingamus id cum auro signato iunctum efficere solidum auri millionem, vt in vniuersum Susis inuenti dicantur viginti quinq; auri milliones. Sed hæc summa exigua est præ ea, quæ Persepoli inuenta est. Q. Curtius l. V. *Multas vrbes refertas opulentia regia partim expugnauit, partim in ditionem acceperat. Sed vrbis huius diuitiæ vicere præterita. In hanc totius Persidis opes congesserant barbari, ingens pecuniæ captiuæ modus traditur, prope vt fidem excedat.*

Cæterum, aut de aliis quoque dubitabimus, aut credimus in huius vrbis Gaza fuisse centum & viginti millia talenta, ad quæ vehenda (namq; ad vsus belli secum portare decreuerat) à Susis & Babylone Camelos & iumenta contrahi iussit. Accessere ad hanc pecuniæ summam captis Pasargardis sex millia talentorum. Diodorus lib. XVII. εὑρέθησαν ἐν αὐτοῖς δώδεκα μυριάδες ταλάντων εἰς ἀργυρίου λόγον ἀγομένου τοῦ χρυσίου. At Plutarchus ait, Alexandrum νομίσματος εὑρεῖν πλῆθος ὅσον ἐν Σούσοις sane perperam. Itaque videtur addenda vox τετραπλάσιον. Nam certe si Curtio & Diodoro credimus, Persepoli triplo maiorem summam inuenit quam Susis. Addit Plutarchus: τὴν δὲ ἄλλην κατασκευὴν καὶ τὸν πλοῦτον μυρίοις ὀρικοῖς ζεύγεσιν ἐκκομισθῆναι καὶ πεντακισχιλίοις καμήλοις. At Philotas apud Curtium omnia hæc iumentorum genera mulorum nomine complectens, & summam hyperbolice ac inuidiose exaggerans, *Triginta,*

ginta, inquit, *mulorum millia tibi aurum captiuum vehunt.* vbi quemadmodum mulorum nomine Camelos, asinos, equos, & alia huiusmodi animalium genera complectitur, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ ζευγῶν, vt loquitur Diodorus, sic & auri nomine totam Alexandri preciosam supellectilem intelligi vult: fingamus ergo talenta illa centum & viginti millia fuisse Babylonia, fient Attica centum & quadraginta quatuor millia, hoc est, milliones auri septuaginta duo. Quod si de Atticis talentis intelligenda sunt, fient milliones auri sexaginta. Adde Pasargardis sex talentûm millia, hoc est, tres vel quatuor ad summum auri milliones. Postea in vltimis Darii castris: τὰ νενεμηθέντα τοῖς στρατιώταις, inquit Diodorus, σὺν τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐκπώμασιν ὑπῆρχε μύρια καὶ τρισχίλια τάλαντα, τὰ δὲ διακλαπέντα καὶ ἀρπαχθέντα, πλείω τῶν εἰρημένων ὑπενοεῖτο. Q. Curtius lib. 6. XXVI. talentorum millia proxima præda redacta erant equeis duodecim (legendum tredecim) millia in congiarium militum absumpta. Par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est. Χωρὶς δὲ τούτων, inquit Diodorus, παρὰ τῶν γαζοφυλακιώτων παρέλαβεν ὀκτακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν.

Arrianus septem tantum millia commemorat. Erant quippe Babylonia septem, Attica octo, & insuper drachmę quadringentæ, ac proinde quatuor auri milliones, & quod excurrit. Percurramus iam summas omnes. Damasci & Arbelis inuenta sunt octo millia talenta, siue Babylonia, siue Attica, hoc est, quatuor auri milliones, vel ad summam quatuor & semis. Susis viginti quinque, Persepoli sexaginta, vel septuaginta duo, Pasargardis tres, vel ad summum quatuor. Vltimis castris primum XXVI. talentûm millia, hoc est, tredecim auri milliones, vel ad summum quindecim cum semisse, tum octo talentûm Atticorum millia, hoc est, quatuor auri milliones. Colliguntur in vniuersum centum & nouem, vel ad summum 126. auri milliones, quod scil. Salomon in ærario sacro post mortem patris inuenit. Ex hac summa partem quidem secum circumferebat, partem vero reliquit Ecbatanis, puta 80. talentûm Babyloniorum millia, Atticorum vero 96. Diodor. τὸν πατέρα δὲ Φιλώτου Παρμενίωνα ἐδολοφόνησε τεταγμένον μὲν Μηδίας ἄρχοντα, πεπιστευμένον δὲ τοὺς βασιλέως θησαυροὺς ἐν Ἐκβατάνοις ἔχοντας ταλάντων ὀκτωκαίδεκα μυριάδας. Iustinus lib. XII. *Pecunia*, inquit, *omnis centum nonaginta millia talentum Ecbatanis nuper congesta, eique Parmenion præpositus*, *legendum centum aut nonaginta.* Quanquam Plutarchus ἄλλοι δὲ πανταχόθεν συναχθῆναι παρὰ δεδώκασιν εἰς Ἐκβάτανα ρή. μυριάδας ταλάντων, legend. ιή μυριάδας, ex quib. Alexandro mortuo, non nisi 50. talentûm millia inuenta testatur Iustin. lib. 13. quin & publicus

Græciæ prædo Philippus quingenta talenta æris alieni reliquit, cum omnis eius regia ſupellex haud amplius quam ſexaginta talentorum eſſet, vt docent apud Q. Curtium & Arrianum libr. VII. ipſius Alexandri verba.

X.

Imperatorum Romanorum theſauri.

Theſauris congerendis nemo dicitur inter Imperatores Romanos multum ſtuduiſſe præter Tiberium & Veſpaſianum, vt de Baſilio Conſtantinopolitano Imp. nihil dicam. Suetonius ergo de Caligulæ profuſione loquens c.37. *Totum illud Tiberii vicies ſepties millies HS. non toto vertente anno abſumpſit.* Ex mente Dionis dicendum ſit, non toto vertente triennio. πέντε γοῦν, inquit, legendum ἕξ, μυριάδας μυριάδων καὶ πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας, ὡς δ' ἕτεροι, ὀκτώ τε καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας τεθησαυρισμένας εὑρὼν οὐδὲ εἰς τὸ τρίτον ἔτος μέρος αὐτῶν τι διέσωσεν. Ex Suetonii mente legendum ſit οὐδὲ εἰς τὸ ὅλον ἔτος. Vicies ſepties millies HS conficiunt ſexies millies ſeptingenties quinquagies centena drachmarum, ſiue denariorum Imperialium millia, quam ſummam proculdubio Dio in animo habuit. Quidam addebant inſuper decies mille & triginta duos ſeſtertios, ſiue bis mille quingentas & octo drachmas, hoc eſt, aureos Gallicos nouem & ducentos, quam quaſi nihili ſummam neglexit Suetonius. Maior vero ſumma, quam Suetonius exprimit, valet quinquaginta ſex auri milliones, & quod excurrit, vel centum ſexaginta octo milliones & ſeptingenta quinquaginta librarum Turonearum millia. Veſpaſianus quid in theſauris reliquerit, incertum eſt. Sed de eo ſic Suetonius capite 16. *Sola eſt, in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas. Non enim contentus omiſſa ſub Galba reuocaſſe, noua & grauia addidiſſe, & auxiſſe tributa Prouinciis, nonnullis & duplicaſſe, negotiationes quoque, vel priuato pudendas propalam exercuit, coemendo quædam, vt pluris poſtea diſtraheret. &c. Quidam natura cupidiſſimum tradunt &c. Sunt contra qui opinentur, ad manubias & rapinas neceſſitate compulſum ſumma ærarii fiſcique inopia: de qua teſtificatus ſit initio ſtatim Principatus, profeſſus quadringenties millies opus eſſe, vt Reſpub. ſtare poſſet. Quod & veriſimilius videtur, quando & male partis optime vſus eſt.* Prodigioſa plane eſt hæc ſumma, quadringenties millies. Itaque fieri poteſt, vt dixerit Veſpaſianus quadragies. Nam quadragies millies HS ſunt ducenti quinquaginta librarum Turonearum milliones. Quadringenties vero millies ſunt bis mille quingenti librarum milliones, vel octingenti triginta tres, & quod excurrit, auri milliones. Sed ſi Veſpaſianus dixit quadringenties millies, & rem ita ſe habere credidit, ita fere potuit rationes ſuas inſtituere. To-

tum

tum illud Tiberii vicies septies millies sestertiûm Caligula non toto vertente anno absumpsit, quæ lectio verior videtur, quam Dionis. Neque vero minuit Caligula, sed auxit indies impensas & insanas profusiones suas. Et qui eum secuti sunt Claudius & Nero, maxime vero Otho & Vitellius Caligula parciores non fuerunt. Si ergo Caligula præter annuum imperii censum profudit non toto vertente anno vicies septies millies, quidni singulis subsequentibus saltem Neronis annis potuerit imperium vel tantum æris alieni conflare, vel eiusmodi detrimenta capere, quæ sarcire non possit totum illud vicies septies, aut eius certe dimidia pars? A primo autem Vespasiani anno ad secundum Caligulæ sunt anni triginta, ad primum vero Neronis annum sunt anni quindecim. Itaque si vicies septies millies HS quindecies, vel eius dimidiam partem tricies multiplicaueris, consurget immane illud quadringenties millies, & aliquid amplius, nempe quingenties HS. Hoc ergo Vespasiani dictum, etsi verum non erat, veri tamen speciem aliquam referre poterat. Itaque id sibi proposuisse videtur, vt præter ordinarium Imperii censum suum illud quadringenties millies, vndecumque & quomodocunque corraderet. Sed quo minus prodigiosum & mirum id videatur, cogitet Lector, quantula Imperii Romani pars sit Francia. Atqui credo, Augustissimum Galliarum Regem Henricum IV. quo tempore pacem regno suo terra marique peperit, vere dicere potuisse quadragies circiter millies opus esse, vt Respub. stare posset, hoc est, hanc summam sufficere vix posse, vt exsoluatur totum Regni Francici & Nauarræi ęs alienum, vt officiorum promercalis nundinatio tollatur, & vt recuperentur singula domanialis patrimonii iura, quę ab hinc annis triginta non venditione quidem, sed quadam velut oppignoratione alienata sunt & distracta. Itaque non est, quod audiamus Ciceronem dicentem secunda Philippica: *Vbi est septies millies HS. quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, petebatur, funestæ quidem illius pecuniæ, sed tamen, si iis, quorum erat, non redderetur, quæ nos à tributis posset vindicare.* &c. Quis enim ignorat, quam hyperbolice soleant Oratores pro arbitrio omnia vel extollere, vel deprimere? *Oratoribus vt & Pictoribus atq; Poetis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.* Vnus maxime turbat Tacitus lib. XVII. *Nero*, inquit, *bis & vicies millies HS donationibus effudit.* Quid toto Principatu Nero non potuit æquare in largitionib. eam summam, quam Caligula non toto vertente anno profudit? Quid si quotannis Nero eam summam decoquebat, quam indicat Tacitus? Ἐπέχομεν.

XI.

Priuatorum opes immensæ.

Plinius libr. XXXIII. Cap. X. *Ex eadem gente M. Crassus diuitem esse negabat, nisi qui reditu annuo* (in Pliniano Codice scribitur reditu, Budęus scribit redditu) *legionem tueri posset. In agris suis sestertiûm MM. possedit*, hoc est, *bis millies*, vt recte interpretatur Budæus. Plutarchus: τριακοσίων οὐ πλείω κεκτημένος ἐν ἀρχῇ ταλάντων, εἶτα παρὰ τὴν πολιτείαν ἀποθύσας μὲν τῷ Ἡρακλεῖ τὴν δεκάτην, καὶ τὸν δῆμον ἑστιάσας, τρεῖς δὲ μῆνας ἑκάστῳ ῥωμαίων σιτηρέσιον ἐκ τῶν αὐτοῦ παρασχών, ὅμως πρὸ τῆς ἐπὶ πάρθους στρατείας αὐτὸς αὑτῷ θέμενος λογισμὸν τῆς οὐσίας εὗρεν ἑκατὸν ταλάντων τίμημα πρὸς τοῖς ἑπτακισχιλίοις. Ex his colligimus, Plinium hac voce in agris totum Crassi censum intellexisse συνεκδοχικῶς. Demus ergo totum Crassi censum fuisse bis millies. Huius decima, hoc est, ducenties hinc deducatur Herculi consecranda. Demus largitionibus in populum absumptum centies HS. Superest millies septingenties HS. quæ summa efficit septem millia & octoginta tria talenta. Plutarchus huic summæ addit septendecim talenta, forte vt rotundatum numerum apponat. Sumamus vero non iam bis millies illud, sed tantum septies mille & centum talenta, hoc est, millies septingenties quadringenta & octo millia HS. Huius summæ sumatur vicesima pars pro reddituannuo, fiunt HS. 8520400. octuagies quingenta & viginti millia sestertiûm. Tribuantur singulis militibus in diem singuli denarii, siue quaterni sestertiis, fiunt in annum 1460. HS. Sed & largiamur vnicuique millenos & quingenos HS. Sic tamen annuus Crassi redditus quinquies millibus sexcentis & octoginta militibus stipendia pręberé poterat, aut certe legionem quinque hominum millia complectentem facile poterat alere, vt aliquid in centuriones, tribunos, & ἐκτάκτους seponatur. Hic epilogismus tutior videtur, quam si rem ad nostrates aureos redigas, quod fecit Budęus. Tacitus Pallanti tribuit ter millies HS. Erat itaque Pallas Crasso ditior.

At ego possideo plus Pallante & Licinis, inquit Crispinus apud Iuuenalem. Ter millies valet tres milliones & ducenta quinquaginta aureorum millia, vel duodeuiginti milliones, & septingenta quinquaginta librarum Turonearum millia. Sed nescio an non maior aut certe mirabilior sit Lydii Pythii opulentia. Nam Crispinus, Pallas, Crassus erant totius orbis piratę. Pythius ne aulicus quidem erat, & tamen si Herodoto credimus, Pythius aduenientem cum toto exercitu Xerxem hospitio excepit. Ἐξείνισε τὴν βασιλέως στρατιὰν πᾶσαν καὶ αὐτὸν Ξέρξεα μεγίστοισι, postea dixit

dixit ſibi in numerato eſſe talentûm argenti duo millia, *καὶ στατῆρας Δαρεικοὺς τετρακοσίας μυριάδας δεῦν ἑπτὰ χιλιάδας.* Stater Daricus idem eſt quod Daricus. Nam vt Daricus, ſic & ſtater Corinthius erit didrachmalis. Quadringenta Daricorum millia conficiunt octingenta aureorum millia. Talenta illa videntur fuiſſe Babylonia, vel Euboica potius, quam Attica. Duo millia argenti talenta Babylonia valent millionem, & ducenta aureorum millia, colliguntur duæ auri milliones. Is iam decennio ante Darium Hyſtaſpis F. aurea platano & vite donauerat. Tum teſtatus eſt, ſe ſolidos illos auri milliones duos Regi donare, ſibi ſupereſſe agros & mancipia, ex quibus ſatis commode familiam ſuſtentare poſſit. *τούτοισιν*, inquit, *ἐγώ σε δωρέομαι. αὐτῷ δέ μοι ἀπὸ ἀνδραπόδων, καὶ γεωπέδων ἐστὶ βίος.*

Quid ad hæc ceruus galeatus? Primum, munus oblatum recuſat. Deinde, quia quadringentis Daricorum millibus deerant ſeptem millia, iubet Pythio dari ſeptem Daricorum millia, *ἵνα μή τοι ἐπιδέες ἔωσι αἱ τετρακόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιάδων, ἀλλ' ᾖ τοι ἀπαρτιλογίη ὑπ' ἐμέο πεπληρωμένη.* En liberalitatem tanto Rege dignam! Sed videlicet Pythium hoſpitis titulo ornauerat. Hoc vnum deerat Xerxis munificentiæ. At poſtea quid deſignauit? Pythius ſiniſtro aliquo omine conterritus pollicetur, ſe ad bellum cum quatuor filiis iturum alacri animo. Muneris ſummi loco vni tantum primogenito ſuo filio militiæ vacationem deprecatur.

Petitionem hanc crimen maieſtatis interpretatus Xerxes continuo iubet primogenitum illum filium medium diſcerpi, eiusque diſciſſi partem alteram ad dextram, alteram ad ſiniſtram viæ partem collocari, & illac exercitum tranſire. *Te*, inquit, *& quatuor tuos liberos liberant tua munera: vnius autem, quem præcipue complecteris, damno mulctaberis.* En ignauiæ genium, qua ſæpe nihil ſordidius, nihil iniquius, nihil truculentius. His artibus nihil mirum eſt, ſi ingentem exercitum compararit, & tamen nihil profecerit. Quid enim efficiant, quos non ſtipendiorum liberalitate inuitas, ſed ad prælium velut ad lanienam obtorto collo pertrahis.

XII.

CAPITATIO.

Lipſius in ſuis admirandorum libris vere admirandis multa de magnitudine Romana diſſerit ſcitu & laude digniſſima. Sed neſcio quomo-

quomodo nimia quadam Imperii illius admiratione abreptus omnia fere nobis describit multo maiora, quam reuera sint, si modo quid sentio. Primum ergo nobis occurrit caput de Capitatione, in quo omnino Imperii Romani censum nimium extollere videtur, si modo pensitationes ordinarias, non tyrannicas exactiones spectes. Vult ergo Lipsius Asiam solam quotannis tribuisse viginti talentorum millia, idque sic probat. Apud Appianum bellorum ciuilium Lib. V. Antonius sic Asiaticos compellat. *Nobis sumptibus magnis opus est, neq; eos omnes à vobis exigam, neq; enim ferendo huic oneri pares essetis, sed particulam aliquam eamq; minimam, & quam non grauatim laturi sitis. Quæ enim hostibus nostris biennio dedistis,* (dedistis autem illis tributa fere decem annorum) *id solum nobis exigere sufficiet, sed ea lege, vt ea vno anno præbeatis*, hoc est, iam nunc, *vrget enim necessitas.* Sed ipsa Appiani verba nobis apponenda sunt, ὑμᾶς δὲ ἵνα μὴ γῆς καὶ πόλεων, καὶ οἰκιῶν καὶ τάφων καὶ ἱερῶν ἀνιστῶμεν, (h.e. ἵνα μὴ ἀνασταθῆτε, ne vos ἀναστάτους reddam) ἐς τὰ χρήματα ἐλογισάμεθα, non aliam mulctā vobis imponimus quam pecuniariam, οὐδὲ ἐς ἅπαντα, hoc est, non totam pecuniam, qua indigemus, à vobis exigimus, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν καὶ βραχύτατον, ὃ καὶ πυθόμενοι ὑμᾶς ἀγαπήσειν οἴομαι. ἃ γὰρ ἔδοτε τοῖς ἡμετέροις ἐχθροῖς ἐν ἔτεσι δύο (ἔδοτε δὲ φόρους ὡς δέκα ἐτῶν) ταῦτα λαβεῖν ἀρκέσει μόνα, ἀλλ' ἐνὶ ἔτει. ἐπείγουσι γὰρ αἱ χρεῖαι. Plutarchus autem diserte docet erogata tum ducenta talentum millia, eandemque summam eodem anno iterum extortam. Ne Plutarchi quidem verba pigebit hic apponere. Est enim obscurus locus. πάλιν δὲ, ταῖς πόλεσι δευτέραν ἐπιβάλλοντος φόρον, ἐτόλμησεν Ὑβρέας ὑπὲρ τῆς Ἀσίας λόγον εἰπεῖν, ἀγοραῖον μὲν ἐκείνου καὶ πρὸς Ἀντωνίου ζῆλον οὐκ ἀηδῶς, εἰ δύνασαι δὶς λαβεῖν ἑνὸς ἐνιαυτοῦ φόρον, δύνασαι καὶ δὶς ἡμῖν ποιῆσαι θέρος, καὶ δὶς ὀπώραν, πρακτικῶς καὶ παραβόλως συναγαγὼν, ὅτι μυριάδας εἴκοσι ταλάντων ἡ Ἀσία δέδωκε, ταῦτα εἶπεν, εἰ μὴ οὐκ εἴληφας, ἀπαίτει, εἰ δ' εἴληφας, ἀπολώλαμεν. Hæc sic apud H. Stephanum & alios leguntur mendose, meo quidem iudicio. Locus sic legendus videtur, πρακτικῶς δὲ καὶ παραβόλως, ὅτι συνήγαγεν μυριάδας εἴκοσι ταλάντων, ἃς ἡ Ἀσία δέδωκε, ταῦτα, εἶπεν, εἰ μὴ &c. At in numeris non audeo receptam lectionem conuellere. Et tamen si verba Plutarchi de talentis stathmicis sunt intelligenda, profecto peruicit Lipsius. Sed quis credat, non dicam Antonium, tam rapacem, vt exigeret tantam summam, tam εἴρωνα, vt eam exilem affirmaret, sed Asiam solam, h.e. Attali regnum, tam à Cassio & Bruto attritum, potuisse tantam summam, non dicam bis, sed semel erogare vno anno centum auri milliones? Omnino igitur aut in numeris subest mēdum, vel, quod malim, talenta illa non stathmica sunt, sed numismatica, ac proinde non argentea, sed aurea. Numismaticum Hebræorum talentum diximus pendere granorum Hebræorū sex millia, drachmas

mas Atticas ſeptuaginta quinque, ac proinde totidem aureos noſtrates Ducenta igitur huiuſmodi talentorum millia conficiunt centies quinquagies centena aureorum millia, quod vulgo dicimus 15. auri milliones, ſiue mauis triginta talentûm argenti millia. Hanc ſummam ſi bis Aſia iam bellis exhauſta ciuilibus vno anno expendit, an non videtur id & Aſiæ ſatis graue, & Antonio ſatis tyrannicum, maxime cum præter capitationem illam ſexcentis aliis expilationum generibus in ſingulos graſſaretur. Sed erant Antonio & Octauio magni ſumptus ferendi, ὑπεσχημένοι, τῷ ἑκάστῳ στρατιώτῃ δραχμὰς πεντακισχιλίας, ἐδέοντο συντονωτέρου χρηματισμοῦ, καὶ διὰ μολογίας, inquit Plut. recte. Sed quando id præſtitit Antonius? Et largitionem illam tributi nomine exigere qua fronte potuiſſet homo comitatem & humanitatem profeſſus? Aliis ergo latrociniis, templorum ſpoliationibus &c. hæc erant quærenda. Ille profitebatur ſe ea rogare, quæ legitimis militum ſtipendiis erant neceſſaria, nec ea omnia, ſed horum particulam aliquam. Sunt vero, inquit, nobis, id eſt, mihi & Octauio, πλὴν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ὁπλιτῶν, ἃ μετὰ τῶν συνταισσομένων εἰς μυριάδες ἀνδρῶν ὑπὲρ ἑπτὰ καὶ δέκα, καὶ τούτων ἄνευθεν οἱ ἱππεῖς, καὶ ἕτερος ὅμιλος ἑτέρων στρατοῦ. Vides hominem omnia ſollicite exaggerantem. Tribuit enim vnicuique legioni ſena peditum millia, & tamen ne ſic quidem duodetriginta legiones efficiunt centum ſeptuaginta peditum millia. Sed quotaquæque legio quina aut etiam quaterna nedum ſena hominum millia habebat. Tamen fingamus has legiones equitatum & ἕτερον illum ὅμιλον aſſurgere ad ducenta hominum millia, Antonium velle ſolum has legiones perſoluere, & totam illam impenſam Aſię imputare. Legitimum militum ſtipendium erant deni in diem aſſes, etiam cum 16. aſſib. conſtabat denarius. Sed tamen demus denarium ſiue drachmam, tamen duodecim talentûm millia poterant ducentis peditum millib. integrum totius anni ſtipendium conficere. Iam in equites, centuriones, ἐκτάκτους imputa quod libuerit, nunquam aſſurget ſumma ad viginti talentum millia. Quorſum ergo illa bis ducenta? Rurſus Appianus ait, Cornelium Sullam per bella Mithridatica Aſiæ imperaſſe 5. annorum vectigalia, ſed ſtatim danda. Plutarchus vero ait, ita extorta viginti talentûm millia. En quaterna tantum in ſingulos annos, nedum ducena talentûm millia. At enim epilogiſmus noſter terna tantum millia talentûm annui tributi conficit omnino. Nam Antonius ſolos Attalici regni ciues compellabat. Syllæ vero exactio latius patere potuit. Hui, inquies, tantillum ex Attalico regno, vel ex Aſia paulo latius ſumpta erogabant Romani? Quidni? Adhuc enim iuſtitiam vtcunque profitebantur. Audiamus Plutarchum in Pompeio πρὸς δὲ τούτοις ἔφραζε, Pompeius ſcilicet διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι πεν-

ταχισχίλιαι μὲν μυριάδες ἐκ τῶν τελῶν ὑπῆρχον. ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει μυριάδας ὀκτακισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνειν. Si ante Pompeii triumphum octo tantum, & quod excurrit, post eundem 14. tantum talentû n millia percipiebat Respub. ex toto Imperio, quantulum tributum vnicuique Prouinciæ poterat assignari? Ægyptus pendebat sex, vt vult Diodorus, vel, vt Strabo, duodecim talentûm millia. Causa differentiæ esse potest, quod aliquando latius, aliquando strictius accipitur Ægypti nomen. Huius tributi duodecimam tantum partem pendebat Iudæa, hoc est, mille talenta, teste Agrippa Rege apud Iosephum. Potest autem alterum de Sacris, aut Syriacis, alterum de Ægyptiacis talentis intelligi. Galliæ autem quid tributi primum impositum sit, docet Suetonius: *Cæsar*, inquit, *quadringenties HS. in singulos annos tributi nomine imposuit.* Atque ita quoque Eutropius. Lipsio id ridiculum videtur Itaque pro quadringenties legit quater millies. At enim Carolus VII. Francorum Rex vix ducenties HS. tributi nomine ex toto regno exigebat. Nam, vt Philippus Comineus testatur, regni tributum annuum non superabat centum septuaginta librarum Turonearu'm myriadas. Huius vero filius Ludouicus XI. initio sui regni à populo stipulatus est tantum centum & viginti librarum myriadas, aut certe non plura populus illi pollicitus est, cumque summam hanc fere geminasset, pœnituit Regem, & prope abfuit, quin ad priorem formam tributa redigeret. Idem Philip. Com. sub finem vitæ Caroli VIII. conqueritur, quod populus fere pendat librarum Turonearum duos milliones & semis. Atqui hoc omnino est quadringenties HS. Budæus autem, *Hoc*, inquit, *affirmare ausim indictionum capiti Principem, quo anno hæc prodidi* (h.e. anno 1514.) *non minus acceptum retulisse, quam quanta sit æstimatio octingenties sestertii.* En librarum quinque milliones. At enim Anno 1580. rationes accepti & expensi editæ sunt, quibus affirmabatur, per annos vnum & triginta plus quam denos quinos & semis milliones auri Regibus persolutos, nempe 31. quadringentos octoginta quatuor auri milliones, & quod excurrit, expensos vero trecentos & nouem auri milliones, reliquum furto subductum.

XIII.

Stipendia militum in Græcia.

Lipsius ait, menstruum Atheniensium stipendium fuisse tricenas drachmas, quod sane aliquando ita vsurpatum fuisse credo, sed tamen raro, & onerosum id illis visum colligi potest ex Thucydid. l. 7. p. 502. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ὡς ὕστερον ἧκον, διενοοῦντο πάλιν αὐτοὺς, ὅθεν ἦλθον, εἰς Θρᾴκην ἀποπέμπειν. τὸ γὰρ ἔχειν πρὸς τὸν ἐκ τῆς Δεκελείας πόλεμον αὐτοὺς, πολυτελὲς ἐφαίνετο. δραχμὴν

δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανε. Atque adeo ternos quandoq; tantū, nedum senos in diem obolos suis militib. distribuebant. Itaq; Alcibiades simulac Lacedæmoniis infensus esse cœpit, λέγειν ἐκέλευε τὸν Τισσαφέρνην πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, ὡς Ἀθηναῖοι ἐκ πλείονος χρόνου ἐπιστήμονες ὄντες τοῦ ναυτικοῦ τριώβολον τοῖς ἑαυτῶν διδόασιν. At in lōginquis & periculosis bellis drachma dabatur integra. Nam vt Cyrus aduersus Artaxerxem fratrem pugnaturus, sic & Athenienses in Potideæ obsidione hoc stipendium etiam seruis largiebantur. Thucidides l. 3. τὴν γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. αὑτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας. Et paulo post: νῆες τε αἱ πᾶσαι τὸν αὐτὸν μισθὸν ἔφερον. Idem l. 8. p. 568. παρῆλθεν ὁ Τισσαφέρνης τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφὴν (ὥσπερ ὑπέστη ἐν τῇ Λακεδαίμονι) ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶν ἔδωκε. τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου ἐβούλετο τριώβολον διδόναι, ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται, ἢν δὲ κελεύῃ, ἔφη δώσειν ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Id Alcibiadis consilio à Tissapherne semel institutum aliquandiu durauit. Itaque apud Xenophontem Ἑλληνικῶν l. 1. Lysander Cyrum rogat, drachmam det singulis, ita bellum citius confectum iri, ac proinde minore impensa.

Negat Cyrus, audere se patris Darii præscripta refringere. Postea tamen cum ἐρομένου ὁ Κῦρος Lysandrum interrogasset τί ἂν μάλιστα χαρίζοιτο ποιῶν, εἶπεν, εἰ πρὸς τὸν μισθὸν ἑκάστῳ ναύτῃ ὀβολὸν προσθείης. ἐκ δὲ τούτου τέτταρες ὀβολοὶ ἦν ὁ μισθὸς, πρότερον δὲ τριώβολον. Illud autem τετρώβολον in diem vicenas, in mensem efficiebat drachmas, ac proinde Daricum siue didrachmalem aureum ratione quidem denaria. Suidas: λέγουσί τινες τὸν Δαρεικὸν δύνασθαι δραχμὰς ἀργυρίου εἴκοσι, ὥστε πέντε Δαρεικοὺς δύνασθαι μνᾶν. Hinc est, quod apud Xenophont. ἀναβάσ. l. 1. Cyrus militib. ex quo suspicari cœperūt, se aduersus Artaxerxem duci, tumultuantib. & προσαιτοῦσι τὸν μισθόν, ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν, οὗ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ δαρεικοῦ τρία ἡμιδαρεικὰ τοῦ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ. Ita singulis in diem solidā drachmam pollicebatur, in mēsem sesquidaricū, siue ternos aureos Italicos, aut ēt inferioris notę. Sed hoc videbatur largitionem sapere, vtpote ad longinquum, periculosissimum & iniustum bellum. At plus satis liberales videbantur Peloponnenses ternos in diem obolos Ægineticos, hoc est, quinos Atticos singulis militibus tribuentes, ac proinde vicenas & quinas in mensem drachmas Atticos. Xenophon. Hellenικῶν l. 5. λόγοι δὲ ἐγένοντο ἀργύριον ἀντ' ἀνδρῶν ἐξεῖναι διδόναι τῇ βουλομένῃ τῶν πόλεων τριώβολον Αἰγιναῖον κατ' ἄνδρα (ὁπλίτην sc.) ἱππέας δὲ εἴ τις παρέχοι, ἀντὶ τεττάρων ὁπλιτῶν μισθὸν τῷ ἱππεῖ διδόναι. Eques quippe & στρατηγὸς quadruplum stipendium accipiebat, λοχαγὸς duplum. Idem ἀναβ. l. 7. p. 242. δαρεικὸν ἕκαστος οἴσει τοῦ μηνὸς ὑμῶν, λοχαγὸς δὲ τὸ διπλοῦν, στρατηγὸς δὲ τὸ τετραπλοῦν. Hæc Lacedæm. residuos Cyri milites aduers' Tissaphernem inuitantes. Sic antea pag. 236. iisdē militib. Seuthes Thracū Rex

ὑπέσχετο τῷ μὲν στρατιώτῃ κυζικηνὸν, τῷ δὲ λοχαγῷ διμοιρίαν, τῷ δὲ στρατηγῷ τετραμοιρίαν, Hæc censebantur τὰ νομιζόμενα, id est, militiæ iura. Idem enim Seuthes eadem pag. Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, δύναμαι ὑμῖν στρατεύεσθαι σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑπισχνοῦμαι ὑμῖν τοῦ μηνὸς δώσειν κυζικηνὸν, τοῖς δὲ στρατηγοῖς, καὶ τοῖς λοχαγοῖς τὰ νομιζόμενα. Milites Romani sub Augusto & Tiberio, cum denarius sexdecim assibus commutaretur, tamen quæruntur denis in diem assibus animam & corpus æstimari. Erat id circiter instar τετρωβόλου. Vide plura apud Lipsium in Tacitum, & in suis Admirandis.

At hic obiter nobis explicandus est, & corrigendus Thucydidis locus libro octauo, anno vicesimo belli Peloponnesiaci: τοῦ δὲ ἐπιγινομένου χειμῶνος ἐπειδὰν τὴν Ἴασον κατεστήσατο ὁ Τισαφέρνης, εἰς φυλακὴν, παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφὴν (ὥσπερ ὑπέστη ἐν Λακεδαίμονι) εἰς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου ἐβούλετο τριώβολον διδόναι, ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται. ἢν δὲ κελεύῃ, ἔφη δώσειν ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος τοῦ Συρακουσίου στρατηγοῦ ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνὸς καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσῳ πλείους ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτο ἐδίδοτο. Locum hunc integrū descripsimus, quia insignis est ad hoc ipsum confirmandum, quod instituimus. Vltima hæc verba sic interpretatur Laurentius Valla, commentum est inter eos, vt præter quinque naues, plus quam terni oboli viritim soluerentur. Nam quinque & quinquaginta nauibus terna talenta in singulos menses dabat. &c. Ego legendum censeo τριάκοντα τρία τάλαντα. Res enim videtur ita se habere: Tissaphernes, vt Lacedæmonios ad suas partes pertraheret, pollicitus est stipendii loco singulis militibus singulas in diem drachmas. Post primam expeditionem promisso stat. Deinde quasi iureiurando solutus testatur, se non posse in posterum plures quam ternos in diem obolos dare, id est, dimidiam drachmam. Cum indignabundus obniteretur Hermocrates, pollicitus est, se in quinas naues ὑπέρμετρον aliquod daturum, singulis nauibus solebant tribui milites duceni, vt ex Herodoto constat, vbi Xerxis exercitum recenset. Ita quinis nauibus tribuentur milleni milites, quibus debebantur quingenæ in diem drachmæ, in mensem Attica talenta bina cum semisse. Tissaphernes auctarii loco pollicetur integra talenta terna, vt haberent, vnde Ducibus, Legatis & ἐκτάκτοις ac egregiis militibus honorarium aliquod largirentur. Ita cum Lacedæmoniorum classis tum constaret nauibus quinquaginta quinque, Tissaphernes pollicitus est illis terna & tricena in singulos menses talenta. Quod si posthac pluribus nauibus classem instruerent, se quoque eadem ratione stipendia aucturum.

XIV.

XIV.

FRVMENTATIO.

Cato seueritatis & parsimoniæ nomine maxime commendatus, tamen profusissimæ largitioni primus portam aperuit, non tam quod esset alieni prodigus, parcus sui, quam vt hac velut offa obiecta importunam plebem placaret. Plutarchus ergo in Cæsare ait, Catonem πεῖσαι τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν τὸν ἄπορον καὶ ἀνέμητον ὄχλον εἰς τὸ σιτηρέσιον ἀναλώματος μὲν ὄντος ἐνιαυτοῦ (lege ἐνιαυσίου) χιλίων διακοσίων καὶ πεντήκοντα ταλάντων. Idem alibi: ὁ Κάτων ἔπεισε τὴν σύγκλητον ἀπονεῖμαι σιτηρέσιον ἔμμηνον, ἐξ οὗ δαπάνης πεντακόσιαι (lege ἑπτακόσιαι) πεντήκοντα μυριάδες ἐνιαύσιοι προσεγίνοντο τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασι. Recte, inquã, Lipsius censuerat legendum ἑπτακόσιοι, pro πεντακόσιαι, nec placet posterior ipsius sententia, sed idem recte coniicit frumentantium numerum fuisse circiter 15000. Postea per bella ciuilia vsque ad viginti & trecenta millia hominum excreuit, teste Dione & Suetonio. Sed Cæsar ad pristinum (vt credere par est) statum rem reuocans numerum ad centum quinquaginta hominum millia reuocauit. Quibus si septingentas & quinquaginta drachmarum myriades distribuas, tribuentur vnicuique drachmæ quinquagenæ, atque ita cuique circiter totidem modii. Verba Dionis sunt lib. XLIII. καὶ τὸ πλῆθος τὸ τὸν σῖτον φέρον ἐπὶ μακρότατον, οὐ κατὰ δίκην, ἀλλ' ὥσπερ ἐν στάσει εἰώθει γίνεσθαι ἐπαυξηθέντος, ἐξέτασιν ἐποιήσατο, καὶ τό γε ἡμίσεος ὁμοῦ τι αὐτοῦ προσαπήλειψε. Augustus & numerum frumentantium & modum distributionis auxit. Nam frumentantium ducenta millia instituit, & vnicuique sexagenas in annum drachmas, hoc est, quinas in mensem drachmas, siue quinos modios dedit. Rem docet Augustus ipse in lapide Ancyrano.

CONSVL TERTIVM DECIMVM SEXAGENOS DENARIOS PLEBI QVÆ TVM FRVMENTVM PVBLICVM ACCIPIEBAT DEDI EA TVM MILLIA HOMINVM PAVLLO PLVRA QVAM DVCENTA FVERVNT.

Postea frumentantium numerus liberalitate Principum auctus. Spartianus: *Seuerus septem annorum Canonem, ita vt cotidiana LXXV. millia modiorum expendi possent, reliquit.* Si cuique quinos in mensem modios tribuas, sufficiet hæc summa quadringentis & quinquaginta frumentantium millibus. Tamen hæc summa triplo quam sub Cæsare, maior nondum Lipsio satisfacit. Deinceps imminutus distributionis modus teste Vopisco, *Aurelianus*, inquit, *quo tempore proficiscebatur ad orientem bilibres coronas populo promisit, si victor rediret. Et cum aureas populus speraret, neque*

Aurelianus aut posset aut vellet, coronas fecit de panibus, qui nunc siliginei appellantur, & singulis quibusq; donauit, ita vt siligineum suum quotidie toto æuo suo vnusquisq; reciperet, & posteris dimitteret. At Augustus plus quam quaternas in diem dabat. Constantinus huius liberalitatis partem, vt & cętera iura cum vrbe sua communicauit, filius eius Constantinus imminuit. Socrates lib. 2. cap. 10. Ἐζημίωσε δὲ τὴν πόλιν ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου τοῦ παρασχεθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡμισείαν ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας. ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς ἐχορηγοῦντο πρότερον ἐκ τοῦ σίτου ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων κομιζομένου πόλεως. Lipsius putat in dies octuagena modiorum millia distribui solita. Sed de annis, non de diebus id intelligendum, & medimni, non modii vocem supplendam, & diserte & perite docet Nicephorus lib. 9. c. 7. & Cassiodorus Socratis Interpres, apud quem tamen corrupte legitur pro quadraginta millia, quadragies centum millia medimnorum, quod merito ridet Lipsius. Medimnum rasum Atticum pendet libras Romanas fere 133⅓. demus 134. ita octingenta millia medimnorum pendebunt libras Romanas 106666666. vel 107200000. addemus ad subductionis commoditatem quingentas libras, vt fiant 107200500. Ea summa præstabit indies ducenta nonaginta tria millia, & septingentas tritici libras, ex quibus confici panes antopyri bilibres possunt centum & octoginta tria millia, & quod excurrit. Si Constantinopoli Constantinus cibauit centum octoginta frumentantium millia, Romæ totidem, an non hæc liberalitas satis ampla videtur, maxime si Zozinum audias Constantinum rapacitatis accusantem? Sed magno Lipsio nihil satis magnum videtur.

XV.

Tritici pretium.

Budęus, *Apud nos*, inquit, *commodam tritici primarii annonam esse aiunt, cum medimni bini* (id est, sextarius) *quinis & vicenis solidis Turonicis veneunt, ab eo pretio ad tricenos iustam æstimationem esse, deorsum ad vicenos. Iam ad vilitatem spectare, quod supra hæc aut infra est, caritatis & vilitatis appellatione censeri &c. Quare non mirum est, si Cicero sæpe in Sicilia modium frumenti binis sestertiis esse dixit in magna vbertate. Qua ratione duo medimna decem & septem solidis & semisse veneant. Nam apud nos sæpe minoris valere memini.* Hęc Budæus. Sed aliter nobis incunda est comparationis ratio. Nam Budæus putauit, modium Rom. Parisino respondere. Atqui modius Rom. pendet tantum libras Rom. viginti, Parisinus triginta fere. Dicendum ergo, si sextarius Parisinus pendens libras Rom. 330. vęnit tantum solidis 30. certe 11. libræ Rom. vno solido Budæano constabunt, ac proinde modius Rom. 2. fere solidis Budæanis, qui sestertiorum consularium pretium fere æquant. Vidi non paucos, & viuunt adhuc hodie octuagenarii, atq; adeo cente-

centenarii homines, qui testantur se vidisse, cum noster tritici quartarius veniret tantum solidis duob. cum semisse. Pendet a. libras Parisin. circiter 42 Rom. 64. ita tritici libræ Parisinæ, Rom. 25. vel 26. vænibant vno solido Budæano, qualis sc. sub Francisco pendebatur. Cic. in frumentaria: *Frumentum in Sicilia debuit Verres emere ex Senatusc. & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt, vnum cæterarum decumarum, alterum, quod præterea Ciuitatib. æqualiter esset distributum, illius decumani tantum, quantum ex primis decimis fuisset tritici modia DCCC. millia. Pretium a. constitutum decumano in modios singulos sestertii terni, duodetricies. Imperato sestertii quaterni, ita frumentum imperatum sestertium duodetricies, (lege duodeuicies) in annos singulos, Verri decernebantur, quod aratorib. solueret, vt in alteras decumas ferme ad nonagies per triennium. Sic ad hanc frumenti emptionem prope centies & tricies erogatum est*. Sic. n. locum illum obscurissimum restituendum censeo. Ceteri errores possunt esse Ciceronis ipsius ad alia properantis. Res v. ita se habere videtur: Ex primis decumis collecti sunt tritici modia DCCC millia, quæ si ternis sestertiis æstimentur, conficiunt quater & vicies HS. pro quo Cic. dixit duodetricies. Ea summa post trienniũ conficit bis & septuagies HS. pro quo Cic. dixit, nonagies, quia ter tricies efficit nonagies. Frumenti imperati modia 40. & 50. millia, quæ quaternis sestertiis taxata conficiunt duodeuicies HS. Ea summa post triennium decumani & imperati frumenti pretium assurgit ad centies vicies & sexies HS. pro quo Cicero dixit centies & tricies, tum vt numerum rotundaret, tum vt oratorie omnia in maius extolleret. Plin. l. 18. c. 3. *Marius Marcius AEdilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donauit. Minutius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit, vndecimus plebei tribunus, qua de causa statua ei extra portam trigeminam à populo stipe collata statuta est. Trebius in AEdilitate assib. populo frumentum præstitit. Quã ob causam & ei statuæ in capitolio ac palatio dicatæ sunt. M. Varro autor est, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit Elephantos, assib. singulis farris modios fuisse, item vini congios, ficiq; siccæ pondo XXX olei pondo X. carnis pondo XII.*

Olei pretium.

Plin. l. XV. c. I. *Vrbis quidem anno LV. Appio Claudio Cæci nepote L Iunio Coss. olei libra duodena assibus vænire. Et mox sexcentesimo octogesimo M. Seius L. F. AEdilis curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Rom. per totum annum.* At c. 6. quid sibi velit, non capio. *Notum est, inquit, Magistratus (Græcos) honoris eius octogenis sestertiis strigmenta vendidisse.*

Vini pretium.

Plin. l. b. XIV. c. 13. *P. Licinius Crassus & L. Iulius Cæsar censores anno vrb. cond. DCLXXV. edixerunt, ne quis vinum Græcum Amminneumq; octonis æris singula quadrantalia venderet,* hoc est, octonis assibus. Ea ratione pinta vini Græ-

ci Parisina duobus circiter denariolis nostratibus vendebatur. Idem vero erat pretium vini Græci, atque olei Italici. Hac, inquam, ratione denæ vini libræ Rom. singulis Romanis assibus vænibant vicenæ libræ Rom. singulis fere solidis nostratibus. Eodem pretio vendebatur vinum eo anno, quo L. Metellus in triumpho plurimos duxit Elephantos. Congios enim singulos singulis assibus vendebant, teste Plin. l. 18. c. 3. Congius enim pendet decem vini libras. Quandiu ergo tanta fuit tritici, olei & vini vilitas, mirum videri non debet, quod ait Polybius libr. VII. ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντα ἔχειν τὰ πρὸς χρείαν ἡμιασσαρίου, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ.

XVI.

Leges sumptuariæ.

A. Gellius l. 2. c. 24. de legibus sumptuariis multa habet, quæ illustratione, nonnunquam etiam castigatione digna sunt. Alioqui cauendum, ne multa non modo ἄπιστα, sed & ἀσύστατα admittantur. Quamuis ergo Budæus & Lipsius de magnitudine Romana l. 4. c. 7. & 8. in hunc locum multa laude dignissima dixerint, multa tamen supersunt, quæ luce indigent. Primum ergo cum audis veterum cœnas centenis circiter assibus taxatas, notandum est, ea summa intelligi ea, quæ ex macello emebantur. Habebat enim quisque paterfamilias domi siue in hortis, siue in cellis prōptuariis panem, holus, vinum, salsamentum, carnem aridam, fructus & alia huiusmodi, quæ Horatius dapes inemptas vocat, quorum omnium in hac taxatione nulla ratio habebatur. Sed cum sic quoq; posset à prodigis & nimium prouidis legi fraus fieri, Licinius carnis aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies constituit. Sed iis, quæ ex hortis, vineis aut agris suis quisq; decerpserat, legem nullam posuit. Prouidæ autem veterum Rom. frugalitatis etiam id iudicio esse potest, quod Horatius tantopere laudat.

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus
Illis nullus erat, sed credo hac mente quod hospes
Tardius adueniens viciosum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret: hos vtinam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset.

Quod tamen non est, quod referas ad prisca illa Iani, Saturniue sæcula. Sed ad Fabriciorum, Curionum &c. tempora, quorum communia inelaborata erant, & domi petita. Quod si aliquando paulo lautius cum amicis conuiuari vellent, tum præter id, quod è penu promebatur, statuebat lex, quot nummos extra ordinem impendere liceret. Notanda præterea tum ciborum per ea tempora vtilitas, tum priuatorum paupertas.

Priuatus

Priuatus illis census erat breuis,
Commune magnum. Inquit Lyricus.

Primus ergo C. Orchius Trib. plebis tertio anno, antequam Cato censor fieret, hoc est, anno V.C. 567. præscripsit numerum conuiuarum. Postea anno V.C. 593. C. Fannio & M. Valerio Messala Coss. secutum est Senatusconf. illud, cuius meminit Fonteius Capito, *quo iubebantur Principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se conuiuia agitarent, iurare apud Coss. verbis conceptis, non amplius in singulas cœnas sumptus esse facturos, quam centenos, vicenosq; aris, præter holus, far & vinum. Neque vino alienigena, sed patrio vsuros, neq; argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum illaturos. Sed post id Senatusconsultum lex Fannia lata est*, &c. Hic vel fallitur Gellius vel aliquot tantum diebus post illud Senatusconsultum lata est lex Fannia eodem anno, quum videlicet Fannius ipse adhuc Consul esset. Plin. lib. 10. cap. 50. *Gallinas*, inquit, *saginare Deliaci cœpere, vnde pestis exorta, opimas aues, & suopte corpore vnctas deuorandi. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum inuenio, iam lege C. Fannij Coss. 11. annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur, præter vnam Gallinam, quæ non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit, inuentumq; est diuerticulum in fraudem earum gallinaceos quoq; pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores approbantur.* Gellius. *Post id Senatusconsultum lex Fannia lata est, quæ ludis Roman. item ludis plebeis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos aris insumi concessit, decemq; aliis diebus in singulis mensibus tricenos, cæteris autem omnibus diebus denos.* Ita tres dierũ ordines statuit Fannius, ordinarios, lautiores, & festos. Ordinariis diebus non plures quam denos asses permisit. Lautioribus, quos non plures, quam in mensem denos esse voluit, tricenos asses adscribit. Diebus postremo festis centenos asses largitur. Legem Fanniam secuta est Licinia, V.C. 623. de qua sic Gellius. *Lex deinde Licinia rogata est, quæ cum certis dieb. sicuti Fannia, centenos aris impendi permisisset, nuptiis ducenos indulsit, cæterisq; diebus statuit aris tricenos, cum & carnis & aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit: si quidquam natum esset è terrâ, vite, arbore, promiscue atque indefinite largita est.* Deinceps potentiam & incrementum imperii luxuria comitata argento vilitatem, annonæ caritatem attulerat, ac omnia frugalitatis & modestiæ claustra perruperat. Itaque longe alia ratio deinceps ineunda fuit in sanciendis legibus sumptuariis.

Anno igitur 674. L. Sylla Dictator Legem ad populum tulit, qua cautum est, vt Calendis, Idibus, Nonisque, diebus ludorum & feriis quibusdam solennibus HS. tricenos in cœnam insumere ius, potestasque esset, cæteris autem omnibus diebus non amplius quam ternos. Sic Gellius.

Sed aut ego fallor, aut ſic legendum, diebus ſolennibus HS. tricena, reliquis terna licere inſumere, hoc eſt, vt diebus ſolennibus liceret impendere libras Turoneas 1875. vel aureos Gallicos 625. ordinariis vero diebus non plures quam 187. libras cum ſemiſſe, quæ correctio ne cui ἄπιστος videatur propter huius legis cum proxime antecedentibus diſſimilitudinem, obſeruandum eſt Romanos Senatores poſt Aſiam à Sullâ domitam totidem Principes, ac tantum non reges fuiſſe, quibus etiam illæ Sullanæ lautitiæ meræ ſordes viderentur.

Cogita, quanto maior fuerit ordinaria Luculli impenſa. Is cum multa cubicula vario ornatu Deorum nominibus nuncupata haberet, quoties vel mane, antequam domo prodiret, vel etiam poſtquam domo exiuerat per ſeruulum aliquem œconomum ſuum monebat, ſe in Apollinis cubiculum cœnare velle, toties teſte Plutarcho πέντε δραχμῶν μυριάδας vnâ cœnâ impendebat, hoc eſt, ducenta ſeſtertium millia, vel duodecim millia & quingentas libras. Si ex improuiſo ab amico depræhenſus Lucullus fere centuplo maiorem impenſam faciebat, quam lex Sullæ pateretur, quid fieri potuit, cum repotia natales aliosve dierum feſtos albatus celebrabat? Certe extraordinaria Luculli impenſa videtur vt minimum fuiſſe decuplo maior ordinariâ.

Ordinaria Luculli in Apollinis cubiculo cœnantis impenſa, hoc eſt, non ante præuiſa & meditata aſſurgebat ad ducenta millia HS. Extraordinaria ergo facile potuit eſſe vicies HS. Itaque videtur Auguſtus ſaltem cauere voluiſſe, ne quis hanc plus ſatis immanem & inſanam profuſionem ſuperaret. Addit igitur Gellius. *Poſtrema lex Iulia ad populum peruenit Cæſare Auguſto imperante, qua pro feſtis quidem diebus ducēti ſeſtertij finiuntur. Kalendis, Idibus, Nonis, & aliis quibusdam feſtiuis trecenti: nuptiis autem & repotiis HS. millies eſſe.* Hîc omnes agnoſcunt millies illud plane prodigioſum eſſe. Itaque Budæus legit mille. Ego totum hunc locum ſic legendum cenſeo, *qua pro feſtis diebus ducenta HS. finiuntur, Calendis, Idibus, Nonis & aliis quibusdam feſtis trecenta, nuptiis autem & repotiis HS. vicies eſſe. Etiam dicit Capito Atteius, edictum diui Auguſti an Tiberij Cæſaris non ſatis commemini, quo edicto per varias dierum ſolemnitates à trecentis HS. vſq; ad duo millia* (lege rurſus vicies) *ſumptus cœnarum propagatus, vt his ſaltem finibus luxuriæ efferueſcentis æſtus coerceretur.* Nempe intra librarum Turonearum centum viginti quinque millia. Quid quod etiam hi fines anguſti luxuriæ viſi ſunt? Nam vt palam diſcintos nepotes & macelli varatra omittam, etiam ſapientiæ Doctor Seneca ait. *ſuo tempore trecies, HS. ſingulas cœnas non raro etiam frugaliſſimis viris conſtare.* Quid Cleopatram commemorem, quæ cum Antonio ſpoponderat, nunquam ſe depræhendi poſſe quin vltra centies HS. vnâ

HS. vnâ cœna impenderet? Seneca ad Albinam de consolatione. C. *Cæsar Augustus, quem mihi videtur rerum natura edidisse, vt ostenderet, quid summa vitia in summa fortuna possent, centies sestertio cœnauit vno die, & in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen inuenit, quomodo trium prouinciarum tributum vna cœna fieret.* Vereor ne legendum sit millies pro centies. Quid enim? tres prouinciæ non nisi centies tributum exsoluerent? maxime sub rapacibus tyrannis? Non fit verisimile. Quid? quod etiã priuatus homo Apicius, sane Helluonum sui temporis facile Princeps cẽties sestertio cœnasse dicitur?

Dederas Apici ter trecenties ventri
Et supererat adhuc tibi centies largum:
Hoc tu grauabis, ne famem & sitim ferres,
Vna venenum potione duxisti,
Nihil est, Apici, tibi gulosius factum.

Atqui Iuuenalis multa suo tempore fieri conqueritur.

Quæ miser & frugi nesciunt Apicius.

Suetonius in Nerone c. 27. *Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mitellita quadragies constitit, alteri pluris aliquanto ab Syrtio rosaria.* Obscurus sane locus, in quo hærere se agnoscunt doctissimi quique viri scriptoris illius Interpretes. Sed si licet in tenebris micare, & hariolari, dicam ego mitellita videri vocem peregrinam nouo voluptatis lenocinio ab inuentoribus Syris accommodatam. Nam hoc vel maxime vrit Satyricam:

Iam pridem, inquit, Syrus in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Immisit.

Certe vox hæc Syris Tugurum σκηνὴν significat. Erat ergo forsan extemporarium aliquod, sed magnificum tentorium ex rosariis, aliisque odoriferis, aut maxime vmbrosis arboribus integris vndecumque petitis confestim extructum, vt vni Neronis cœnæ inseruiret. Vsurpat hęc Matthæi cap. 8. bis. Primum, v. 8. Κύριε οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς. Syriace קתק מטלי. Tum v. 20. Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις. Syriace מטללא Fit autem ab Hebræo צל vmbra, mutato Tsade in Thet, quemadmodum ab Hebræo צור rupes fit Syriacum טור mons.

XVII.

Gigantes.

Sunt qui Gigantes dictos velint non à γῆ & γάω, quasi γηγενεῖς, sed à Scythicis vocibus With-Gehant, quæ idem fere significant, quod ἐκτεταμένας χεῖρας ἔχων, καὶ πορθητὴς, quasi gigas nihil aliud significet, quam præcipitem, violentum & exlegem hominem, cuius hoc elogium sit.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Sed quis vnquam vel fando audiuit Gigantis vocem eo sensu sumptam? Eiusdem farinæ est, quod aiunt Gigantes ab Hebræis Nephilim dictos, quasi, οὐρανοπετεῖς, è cœlo deturbatos, extorres, atque ideo, γυμνὰ φῦλα, nihil ἐπουράνιον sapiētia. Paulo probabilius dixissent dictos quasi ἀποστάτας, transfugas. At reuerâ Nephilim dicuntur Gigantes, quorum aspectu conterriti homines præ metu collabuntur & exanimati concidunt, cuius consternationis exemplum videre est in historia Goliathi. Eadem mente Rephaim dicti sunt, vt Lyæus ἀπὸ τοῦ λύειν, quod vt Venus & Liber, sic & metus eneruet vires, & membrorum compagem veluti luxet & resoluat. Sic & Emim אימים dicuntur, id est, terrores, quod sint veluti naturæ μορμολύκεια terriculamenta, quibus reliquis mortalibus, siue verum, siue Panicum terrorem incutit. Atque hæc de nomine. Rem ipsam videamus. Cardanus de subtilitate lib. 11. ait: *Gabbara magnitudinem esse mirabilem, cum homo magnus trium brachiorum longitudinem non expleat. Adducor autem authoritate scribentium olim de rè militari, qui Tyrorum mediocrem magnitudinem quinq; pedum esse statuerunt, vt quarta parte pes antiquus mensura pedis nostri minor sit: Ita Gabbara brachiorum quinq; & trium partium è quatuor seu nouem vnciarum; quæ mensura dupla est.. communis hominum ætatis huius magnitudinis, vt non abs re dictum sit hominem tanta magnitudine, neq; post Claudij tempora, neque mille annis ante Augustum visum esse.* Hæc Cardanus, quæ merito quidem castigat Scaliger, sed paucis, vtpote ad alia grauiora properans. Sed quia hæc habent aliquid affine cum iis, quæ libro tertio disputauimus, ideo à nobis paulo fusius excutientur Cardani verba. Mens eius hæc est: Etiamnum hodie visuntur quidam pedes in vsu vetere Romano maiores, qualis est Parisinus nonâ, Picenis vero quartâ parte Romano maior. Sed tamen pauci sunt homines, qui trium brachiorum, sex, inquam, pedum Romanorum, nedum Picenorum longitudinem superent. Imò pridem est cum hominum plerique sunt pedum Romanorum quinque. Cum ergo Gabbara dicatur habuisse nouem pedes Romanos altitudinis, & totidem vncias, Pusio vero pedes Romanos decem cum quadrante, siue brachia $5\frac{1}{8}$ sequitur Pusionis altitudinem fuisse iusta hominum mensurâ duplo maiorem. Hæc, inquam, Cardanus dicere voluit aut debuit, vt si non vsquequaq; vera, saltem sibi constantia diceret. Sed res digna est, quæ paulo fusius à nobis enarretur. Videtur ergo id à naturâ fere obseruatum, vt inter Gigantes non prorsus abnormes, & ordinariam hominum eiusdem temporis & regionis magnitudinem esset ea ratio, quam vocant sesquialteram, qualis est inter cubitum siue πῆχυν & pedem. Cum ergo nunc iusta hominis statura, à Cardano defi-

definiatur esse pedum Romanorum quinque, Toletanorum sex, qui erit Toletanorum pedum circiter nouem aut decem; Is iam pro Gigante haberi incipiet. Hiusmodi Gigantes dicuntur esse in orbe nouo, non procul à freto Magellanico. Sub Augusto vel Claudio Imperatorib. iusta hominum mensura poterat esse circiter pedum Romanor. sex. Itaque Gabbarus Arabs cum esset pedum Romanorum nouem cum dodrante, Pusio vero & Secundilla pedum Romanorum $10\frac{1}{2}$. à Romanis pro Gigantibus habiti sunt, eorumque altitudo in monumenta publica relata, teste Plinio & Solino. Verba Plinii sunt lib. 7. cap. 16. *Procerissimum hominem ætas nostra Diuo Claudio Principe Gabbarum nomine ex Arabia aduectum nouem pedum & totidem vnciarum vidit. Fuere sub Diuo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia in conditorio Salustianorum asseruabantur hortorum. Pusioni & Secundillæ erant nomina.*

Solinus cap. 5. *Licet plerique definiant, nullum posse excedere longitudinem septem pedum, quod intra mensuram istam Hercules fuerit: deprahensum est tamen Romanis temporibus sub diuo Augusto Pusionem & Secundillam denos pedes & amplius habuisse proceritatis: quorum reliquiæ adhuc in conditorio Salustianorum videntur. Postmodum D. Claudio Principe, Gabbarum nomine ex Arabia aduectum nouem pedum & totidem vnciarum. Sed ante Augustum annis ferme mille non apparuit forma huiusmodi, sicuti nec post Augustum visa est.*

Et sane Goliathus mille circiter annis ante Augusti tempora natus est. Medio tempore non memini me legere Gigantis vllius mentionem fieri. Goliatho Scriptura tribuit tantum sex cubitos & semis, 1. Sam. 17. 4. Sunt quidem Hebræorum cubiti, vel pedes Romanis maiores. Sed & Hebræi Dauidis tempore poterant esse proceriores quam Romani viuente Augusto vel Claudio Imper. puta pedum Hebraicorum circiter sex, vel Atticorum septem. Goliathus vero Hebraicorum pedum $9\frac{1}{2}$, Atticorum $11\frac{2}{3}$. Orestes vix centum annis ante Saulis vel Dauidis natiuitatem obiit. Itaque nondum poterat esse magnum discrimen inter proceritatem Græcorum sub Oreste, & Hebræorum sub Saule viuentium.

Demus iustam Græcorum altitudinem tum fuisse pedum Atticorum septem, Orestis corpus oraculi iussu Olympiade LVIII. refossum inuentum est esse cubitorum septem, vt testatur Plinius & Solinus.

Hercules reliquos sui temporis homines virtute potius & robore, quã proceritate superabat. Et tamẽ A. Gell. statim in initio suarũ noctiũ testatur. Herculẽ suis pedib. (nempe sexcentis) Olympiaci stadii longitudinẽ admensum. Vnde colligebat Pythagoras tanto plantas Herculis reliquis fuisse longiores, quanto stadiũ Olympicum reliquis stadiis. Stadiorum o-

mnium, quæ quidem nouimus, longissimum est Babylonium. Demus Olympicũ huic fuisse æquale. Ita pes Herculis Babylonio æqualis dicetur. Et Herculis altitudo fuisse circiter pedũ Babyloniorum sex, Atticorũ octo, Hebraicorum fere septem. Itaque vno circiter pede iustam hominum illius temporis altitudinem superabat Hercules, quæ causa est cur illi septem pedes tribuantur à Solino cap. 5. *Plerique*, inquit, *definiunt, nullum posse excedere longitudinem 7. pedum, quod intra mensuram illam Hercules fuerit*, hoc est, pauci sunt, qui possint iustam hominum sui temporis altitudinem plus quam vno pede superare, quicquid vltra est, iam Giganteæ magnitudini deputatur. Sed & meminisse debemus lib. 4. definitione 37. à nobis obseruatum congium Georgicum eundem fuisse cum Ægyptiaco, ac proinde verisimile esse pedem Græcum olim ante Solonem eundem fuisse cum Ægyptiaco. Hac ratione cum dicitur Hercules habuisse septem pedes longitudinis, possumus id interpretari de priscis illis Græcorum pedibus, qui erant Ægyptiacis pares, eademque ratione dicetur Olympicum stadium Ægyptiaco fuisse par, quod facit ad ea confirmanda, quæ libro tertio de Gradu cœlesti diximus.

Hercule plus quã ducentis quinquaginta annis antiquior fuit Og rex Basan à Mose debellatus, & inde à Mosis potissimum tempore cœpit decrescere hominum, vt longæuitas, ita & proceritas. Demus sub Mose iustam altitudinem hominum fuisse pedum Atticorum circiter nouem, Hebraicorum vero septem & semis aut octo, totidem fere cubitorum fuit Og, sponda vero ipsius cubitorum nouem. Deut. 3. Quodnam tempus assignandum sit priscis Ægyptiorum Dynastiis, quos refert Manetho, sane non liquet. Sed quidquid fabulentur & turbent Ægyptii, non possunt esse diluuio antiquiores. Demus has continuo post diluuium enatas, Sosochris secundæ Dynastiæ Rex octauus, dicitur habuisse quinq; cubitos altitudinis, amplitudinis tres. Alter Sesochris quartæ Dynastiæ rex nonus dicitur fuisse cubitorum quinque & trium palmarum, omnino necesse videtur, vt id intelligatur de cubitis illis, quos Scriptura primarios vocat. Totidem pedum poterat esse iusta hominum temporis illius altitudo. Atque hæc in hoc naturalis anomaliæ genere dici possunt analoga. Sed nõ dubium est, quin multo grandiora corporum humanorum portenta natura quandoque produxerit; nisi clarissimis quibusque scriptoribus fidem denegare volumus.

Quamquam videndum, ne cuius relationi temeræ fides adhibeatur. Saxo Grammaticus autor seculo barbaro politissimus, sed plerumque fabulosus, de Hartbeno & Haldano mira, & faceta narrat. *Tanta*, inquit, *corporis magnitudine erat, vt nouem cubitis eius dimensio tenderetur. Huic duode-*

cim

tim athletæ contubernales fuere, quibus officio erat, quoties illi præsaga pugnæ rabies incessisset, vinculorum remedio oborti furoris impetum propulsare. Adiicit Saxo Hartbenum cum Haldano pugnantem *tanta rabie percitum, vt ex suis ipsius athletis sex obtruncauerit, vt summas clypei partes morsu consumeret, raptas ore primas in viscera trāsfunderet,* &c. Nihilominus tamen *miræ granditatis malleo contusus est ab Haldano illo, à quo se ortos esse glorientur Noruagiæ reges.* D. Augustin. de ciuit Dei lib. 15. c. 9. *Vidi,* inquit, *ipse non solùs, sed aliqui mecum de Vticensi littore molarem hominis dentem tam ingentem, vt si in nostrorum dentiū modulos minutatim conscinderetur, centū nobis videretur potuisse facere.* Ludouic. Viues in hunc locū scribens: *Festo,* inquit, *diui Christophori cum salutatum issemus eum ad maximum vrbis nostræ templum,* (Valētiæ scil.) *ostensus est dens molaris pugno maior, quem dicebant esse illius.* Fuerintne dentes illi humani, non video quî constet. Certe Martyrologia D. Christophoro duodecim pedes tantum tribuunt. Ita duplo tantum maior erat hominibus iustæ proceritatis. At dens ille, qui Valentiæ ostentatur, eiusmodi est, vt marinis quoq; belluis vix grandiores tribuantur. Plin. lib. 9. cap. 5. *Turamus prodidit expulsam belluam in Gaditana littora, cuius inter duas primas vltimæ caudæ cubiti sexdecim fuissent. Dentes eiusdem CXX. maximi dodrantium mensura, minimi semipedum.*

At dens ille, quem Valentiæ vidit Viues, est vt minimum dodrantis, hoc est, dentis illius ambitus spithamam Rom. æquat, aut etiam superat, si modo pugno virili crassior est. Omnino igitur dentes illi, quos Viues & Augustinus vidisse se prædicant, belluæ potius marinæ, quam hominis fuisse videntur. At, inquit, quidni Augustino credamus, si modo Plinio credimus. *In Creta,* inquit, lib. 7. cap. 16. *terræ motu rupto monte inuentum est corpus stans XLVI. cubitorum, quod alij Orionis, alij Othi fuisse arbitrantur.* Solinus cap. 4. *Bello Cretico cum elata flumina, plusquam vi amnica, terras rupissent, post discessum fluctuū inter plura humi discidia humanum corpus repertum, cubitum trium atque triginta, cuius inspectandi cupidine L. Flaccum Legatum, Metellum, etiam ipsum impendio captos, miraculi quod auditu refutauerant, oculis potitos.* Vt hos duos authores inter se concilies, necesse videtur, vt legas apud Solinum semicubitos 33. Apud Plinium vero cubitos 16. vt in margine scribitur. Eccur vero, inquis, Solinus, aut is, à quo Solinus hæc excerpsit, semicubitos potius 33. scripserit, quam cubitos 16. vel $16\frac{1}{2}$? Dicam quid sentio. Semicubiti illi non sunt ἡμιπήχεις. Sed ἡμιπυγόνες, siue ὀρθόδωρα. Est enim ad subductionis commoditatem aptissimus ἡμιπύγων, vtpote qui capiat præcise digitos decem. Ita ἡμιπυγόνες 33. dant 330. digitos, & quidem, vt videtur, Atticos. Creticus ergo Gigas esse potuit Atticorum pedum viginti, & digitorum decem Hebraicorum

pedum

pedum $17\frac{1}{16}$. Atqui Ogi lectus erat tantum Hebraicorum cubitorum nouem, pedum $13\frac{1}{2}$. Quominus enim id de maximis Hebræorum cubitis intelligam, vetat Moses, qui cubitos istos nō primarios, sed viriles vocat. Itaque etiamsi quam arctissime adstringantur Plinii & Solini verba, tamen Creticus ille Gigas, erat adhuc eorum omnium prodigiosissimus, de quibus aliquid certi in historiis mihi legere licuit.

Iulius Scaliger exercitat. CCLXIII. *Vidi*, inquit, *Mediolani in publico Nosocommio iuuenem vnum tanta proceritatis, vt stare non posset. Neque enim poterat à natura satis alimenti ad crassitudinem, roborisque proportionem meditari. Itaque iacebat, explebatq; lectos duos simul iunctos.*

Atque adeo quicunque sunt prodigiosæ proceritatis, hos videmus pronos incedere, quo docemur, naturam non esse parem ferendæ moli, quæ iustam reliquorum hominum proceritatem duplo triploue superet, reliquorum, inquam, eiusdem regionis & sæculi hominum.

XVIII.

Velocitatis exempla.

Iosephus lib. 6. τῆς Ἀρχαιολογίας, cap. 6. de Saulis aduersus Hammonitas expeditione loquens, ait cum σχοίνων δέκα δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀνύσαι ὁδόν. Id de maioribus schœnis intelligi non potest, quæ sexaginta, ne dum de iis, quæ 120. stadia complectuntur. Cum etiam de minoribus 30. aut 40. stadiorum intellectum sit admiratione dignum, celebratur quoque fides, fortitudo & diligentia Claudii Neronis, qui cum in Apulia prope Annibalem castra haberet, cum exercitus parte sex dierum spatio totam Italiæ longitudinem Senas vsque sit emensus, totidemque diebus ad castra redierit. Plin. lib. 7. cap. 20. *Cucurrisse MCXL. stadia ab Athenis Lacedæmonem biduo Philippidem, magnum erat, donec Anistis cursor Lacedæmonias & Philonides Alexandri Magni à Sicyone Elin vno die MCC. stadia cucurrerunt.* Idem Solin. cap. 6. pene αὐτολεξεί. Atq; adeo idem Plin. lib. 11. c. 71. *Alexandri cursor Philonides Sicyone Elin mille & ducenta stadia nouem diei confecit horis. Indeq; quamuis decliui itinere tertia noctis hora remensus est sæpius.* Hic videmus semel à Solino, bis à Plinio MCC. stadia tribui à Sicyone Elin vsq;. Atq; idem Plin. Athenis Lacedæmonē vsq; nonnisi MCXL. stadia numerat: cum fere duplo lōgius distet Lacedæmon ab Athenis, quā Elis à Sicyone. Ego igitur non dubito, quin pro MCC. legendum sit DCC. ita tamē vt error sit, nō librariorū, sed ipsius Plinii, quē Solin. secutus est. Pergit vero lib. 7. c. 20. *Nunc quidem in circo quosdam CLXM. pass. tolerare non ignoramus, nuperque Fonteio & Vipsanio Coss. annos nouem genitum puerum à meridie ad vesperam LXXVM. passuum cucurrisse. Cuius rei admiratio, ita demum solida perueniat, si quis cogitet, nocte ac die longissimum iter vehiculis*

culis tribus Tiberium Neronē emensum festinantem ad Drusum fratrem ægrotantem in Germania: in eo fuerunt CCM. passuum. Quędam exemplaria pro LXXV.M.Pass.legunt XLVM. In Solino quoque vtraque lectio habetur. Malim ergo legere XLV.M.vt & supra LXM.pro CLX.M. Præterea passuum nomine gressus intelligendos esse credo, quales in circo ambulantes conficere solebant, qui animi gratia spatium illud suis passibus emetiebantur. Solinus addit eodem cap. VI. *Primam palmam velocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerem cursitauit, vt in harenis pendentibus nulla indicia relinqueret vestigiorum.* Huius Ladæ meminit Iuuenalis:

—Pauper locupletem optare podogram,
Ne dubitet Ladas.

Ita fere fidem inuenient verba Virgilii:

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Grammina, nec cursu teneras læsisset aristas.

Addit Solinus: *Polymnestorem quendam Milesium caprarium cursu lepores consequi solitum.*

Sed quid hoc monstri est? quod Plinius ait: *Philonides Sicyone Elim MCC. stadia nouem diei confecit horis, indeq; quamuis decliui itinere tertia noctis hora remensus est sæpius. Causa quod exeunti cum Sole iter erat, eundem remeans obuiam contrario præteruertebat cursu.* Vix quicquam animaduertas in tota Plinii physiologia, quod sit magis à ratione alienum. Causa tam fœdi erroris hæc esse potuit: Audiuerat Græculus aliquis nonaginta gradus longitudinis sex horarum discrimen efficere. Verbi causa: Vna eademque Eclipsis Lunę Persepoli circa μεσονύκτιον, in Insulis Fortunatis sub Solis occasum conspicietur, quia Persepolis nonaginta circiter gradibus distat ab Insulis Fortunatis versus Orientem. Nouus autem hic astrologus putauit non gradus, sed milliaria nonaginta hoc sex horarum discrimen efficere. Elis autem duobus gradibus occidentalior est Sicyone. Is sub æquinoctiali conficerent mille stadia, milliaria centum & viginti siue Babylonia, siue Ægyptiaca &c. At in Græcia duo isti gradus conficiunt circiter nonaginta milliaria, stadia DCC. vel DCCXX. pro quo Plinius scripsit stadia MCC. Cum ergo legisset Cercophitecus noster, Philonidem Sicyone profectum primo diluculo Elidem attigisse, cum adhuc superessent fere tres diei horę, hinc ille colligebat Philonidem Elide summo mane profectum Sicyonem peruenire non potuisse, nisi tertia noctis hora, quod vanissimum imperitissimi blateronis commentum Plinius in aduersaria sua contulit, quasi rem certissimo experimento non semel compertam.

XIX.

Arca Noæ.

De Noæ, vel (vt ad Hebraicam vocem propius accedamus) Noachi arca, multi pridem differuerunt. Sed omnium, quos mihi videre licuit, copiosissime differuit Ioan. Buteo Delphinas edito de ea re libello Anno D. 1554. Huius epitomen in Chronologiam suam transcripsit Ioann. Temporarius Anno Domini 1584. Buteonis vestigiis ita insistens, vt sæpe αὐτοῖς γράμμασιν verba ipsius vsurpet, cum tamen Buteonem, quod sane miror, ne nominet quidem. Non est ergo quod hic cramben recoctam iterum atque iterum apponamus. Paucis ea tantum notabimus, in quibus ab illis dissentimus. Et Temporarii quidem peculiaris sententia est, vt dicat non vnica tantū, sed quamplurimis fenestris arcam fuisse instructam, quod quam sit verum, aut necessarium, non video. In infima contignatione omnes terrestria bruta collocant. At in ea regione fenestra nulla esse poterat, quia sub aquis latebat. Secunda demum contignatio supra aquas extabat, sed ea fœno aliisque huiusmodi cibariis plena erat, quæ lucem nec admittunt, nec requirunt. Tertia demum & quarta supersunt, quibus sufficere potuit vna fenestra cubitalis, ita quidem vt eius triens supremæ contignationi auib. plenæ inferuiret, reliquus vero bes tertiæ contignationi, in qua homines erant, & quę hominum vitæ necessaria sunt.

Vterque autem (id est, tum Buteo, tum Temporarius) ita agit, ac si cubitus Mosaicus fuerit Parisino plane ęqualis.

Et Temporarius quidem multis verbis eorum refutat sententiam, qui putant homines olim aliquanto grandiores fuisse, quam nunc sint, quin & contendit nullum vnquam hominem fuisse, quantumuis Giganteæ staturæ, qui decem aut vndecim pedum Parisinorum altitudinem superarit. Ogi lectum quidem nouem cubitorum fuisse fatetur, ipsum vero septem cubitis altiorem fuisse negat.

At hæc, quam falsa sint, non dubitabit, qui ea attente perpenderit, quæ à nobis hactenus explicata sunt. Io. Buteo multis inuehitur in eos, qui Origenis & Augustini sententiam secuti, putant cubitos Mosaicos hodiernis sextuplo maiores fuisse. Sed operæ pretium est, ipsum Origenem audire homilia secunda, quam de arca Noę scripsit. *Nos*, inquit, *ea, quæ à prudentibus viris, & Hebraicarum traditionum gnaris, atque à veteribus Magistris didicimus, ad auditorum notitiam deferemus. Aiebant ergo maiores, quod*

quod Moyses, qui, (vt de eo Scriptura testatur) omni Sapientia AEgyptiorum fuerit eruditus, secundum artem Geometricam, quam præcipue AEgyptii callent, cubitorum numerum hoc in loco posuit. Apud Geometras enim secundum eam rationem, quæ apud eos virtus vocatur, ex solido & quadrato, vel in sex cubitos vnus deputatur, si generaliter vel trecentos; si minutatim deducatur. Hæc, inquit Buteo, *à sensu communi sunt valde remota. Si enim ex hoc Origenis loco cubiti longitudinem simpliciter extenderis in sex, itidem & vnum extendam in trecentos, cum vtrumq; dixerit autor. Sed hoc postremum tam impudenter ausus est dicere nemo.* Hęc Buteo.

Sed quis credet, Origenem adeo delirasse, vt vnum eundemque cubitum vnius eiusdemque cubiti crediderit esse sextantem simul & trecentesimam partem. Infans sit, necesse est, qui non videt locum esse mutilum. Vtinam extarent Græca, haberemus vnde rei præstantissimæ cognitionem confirmare liceret. Sed & fieri potest, vt Origenes non satis intellexerit ea, quæ à peritis Hebraicarum antiquitatum Doctoribus acceperat.

Nos igitur, si nō Origenis, certe Doctòrum ipsius hanc credimus fuisse sententiam, falli plurimum eos, qui arcę amplitudinem metiuntur ex eius cubiti longitudine, qui tum apud Ægyptios in vsu erat. In Ægypto enim Alexandriæ Theologiam docebat Origenes. Moysem non ciuili cubito vsum, sed prisco illo, cuius vsus aliquis, aut certe monumenta supererant in priscis Ægyptiorum Geometrarum scriptis. Priscum illum cubitum eius longitudinis fuisse, vt si in trecentas partes diuidatur, huiusmodi particulæ centum tantum& septuaginta, vel 171. ciuili Ægyptiorum cubito tribuendę sint. At Christiani nominis hostibus ne id quidem sufficere videbatur. Demus, inquient, 171. cubitos priscos efficere trecentos hodiernos Ægyptiorum cubitos. Demus cubitum priscum Ægyptiaco vel Attico fuisse duplo maiorem, ita fiet amplitudo arcæ duplo maior, quam si Moyses cubitis hodiernis siue Atticis, siue Ægyptiacis vsus fuisset. Hic rursus periti Geometrę subiiciebant: Si 171. cubiti Mosaici lineales dant Ægyptiacos lineales trecentos, tum ratio Geometrica requirit, vt cubitus Moysis cubicus Ægyptiaco cubito sit sextuplò maior. Atque id fateor præcise verum non esse. Sed quia vnius cubiti ad alterum ratio est quintupla maior, Origenes non dubitauit eam sextuplam vocare, quæ tamen sextupla minor erat.

Præcise igitur ea erat inter cubitales illos cubos ratio, quæ inter 185193. & decies centena millia. At certe cubicus Mosis cubus Attico erat non sextuplo tantū, sed octuplo præcise maior, i. e. capacior. Inter cubitū

ci Parisina duobus circiter denariolis nostratibus vendebatur. Idem vero erat pretium vini Græci, atque olei Italici. Hac, inquam, ratione denæ vini libræ Rom. singulis Romanis assibus vænibant vicenæ libræ Rom. singulis fere solidis nostratibus. Eodem pretio vendebatur vinum eo anno, quo L. Metellus in triumpho plurimos duxit Elephantos. Congios enim singulos singulis assibus vendebant, teste Plin. l. 18. c. 3. Congius enim pendet decem vini libras. Quandiu ergo tanta fuit tritici, olei & vini vilitas, mirum videri non debet, quod ait Polybius libr. VII. ὡς μὲν οὖν ὅτι τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντα ἔχειν τὰ πρὸς χρείαν ἡμιασσαρίου, τοῦτο δ' ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ.

XVI.

Leges sumptuariæ.

A. Gellius l. 2. c. 24. de legibus sumptuariis multa habet, quæ illustratione, nonnunquam etiam castigatione digna sunt. Alioqui cauendum, ne multa non modo ἄπιστα, sed & ἀσύστατα admittantur. Quamuis ergo Budæus & Lipsius de magnitudine Romana l. 4. c. 7. & 8. in hunc locum multa laude dignissima dixerint, multa tamen supersunt, quæ luce indigent. Primum ergo cum audis veterum cœnas centenis circiter assibus taxatas, notandum est, ea summa intelligi ea, quæ ex macello emebantur. Habebat enim quisque paterfamilias domi siue in hortis, siue in cellis prõptuariis panem, holus, vinum, salsamentum, carnem aridam, fructus & alia huiusmodi, quæ Horatius dapes inemptas vocat, quorum omnium in hac taxatione nulla ratio habebatur. Sed cum sic quoq; posset à prodigis & nimium prouidis legi fraus fieri, Licinius carnis aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies constituit. Sed iis, quæ ex hortis, vineis aut agris suis quisq; decerpserat, legem nullam posuit. Prouidæ autem veterum Rom. frugalitatis etiam id iudicio esse potest, quod Horatius tantopere laudat.

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus
Illis nullus erat, sed credo hac mente quod hospes
Tardius adueniens viciosum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret: hos vtinam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset.

Quod tamen non est, quod referas ad prisca illa Iani, Saturniue sæcula. Sed ad Fabriciorum, Curionum &c. tempora, quorum communia inelaborata erant, & domi petita. Quod si aliquando paulo lautius cum amicis conuiuari vellent, tum præter id, quod è penu promebatur, statuebat lex, quot nummos extra ordinem impendere liceret. Notanda præterea tum ciborum per ea tempora vtilitas, tum priuatorum paupertas.

Priuatus

Priuatus illis census erat breuis,
Commune magnum. Inquit Lyricus.

Primus ergo C. Orchius Trib. plebis tertio anno, antequam Cato censor fieret, hoc est, anno V.C. 567. præscripsit numerum conuiuarum. Postea anno V.C. 593. C. Fannio & M. Valerio Messala Coss. secutum est Senatusconſ. illud, cuius meminit Fonteius Capito, *quo iubebantur Principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu militarent, id est, mutua inter se conuiuia agitarent, iurare apud Coss. verbis conceptis, non amplius in singulas cœnas sumptus esse facturos, quam centenos, vicenosq; æris, præter holus, far & vinum. Neque vino alienigena, sed patrio vsuros, neq; argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum illaturos. Sed post id Senatusconsultum lex Fannia lata est*, &c. Hîc vel fallitur Gellius vel aliquot tantum diebus post illud Senatusconsultum lata est lex Fannia eodem anno, quum videlicet Fannius ipse adhuc Consul esset. Plin. lib. 10. cap. 50. *Gallinas, inquit, saginare Deliaci cœpere, vnde pestis exorta, opimas aues, & suopte corpore vnctas deuorandi. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum inuenio, iam lege C. Fannij Coss. II. annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur, præter vnam Gallinam, quæ non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit, inuentumq; est diuerticulum in fraudem earum gallinaceos quoq; pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores approbantur.* Gellius. *Post id Senatusconsultum lex Fannia lata est, quæ ludis Roman. item ludis plebeis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemq; aliis diebus in singulis mensibus tricenos, cæteris autem omnibus diebus denos.* Ita tres dierũ ordines statuit Fannius, ordinarios, lautiores, & festos. Ordinariis diebus non plures quam denos asses permisit. Lautioribus, quos non plures, quam in mensem denos esse voluit, tricenos asses adscribit. Diebus postremo festis centenos asses largitur. Legem Fanniam secuta est Licinia, V.C. 623. de qua sic Gellius. *Lex deinde Licinia rogata est, quæ cum certis dieb. sicuti Fannia, centenos æris impendi permisisset, nuptiis ducenos indulsit, cæterisq; diebus statuit æris tricenos, cum & carnis & aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit: si quidquam natum esset è terrâ, vite, arbore, promiscue atque indefinite largita est.* Deinceps potentiam & incrementum imperii luxuria comitata argento vilitatem, annonæ caritatem attulerat, ac omnia frugalitatis & modestiæ claustra perruperat. Itaque longe alia ratio deinceps ineunda fuit in sanciendis legibus sumptuariis.

Anno igitur 674. L. Sylla Dictator Legem ad populum tulit, qua cautum est, vt Calendis, Idibus, Nonisque, diebus ludorum & feriis quibusdam solennibus HS. tricenos in cœnam insumere ius, potestasque esset, cæteris autem omnibus diebus non amplius quam ternos. Sic Gellius.

Sed aut ego fallor, aut ſic legendum, diebus ſolennibus HS. tricena, reliquis terna licere inſumere, hoc eſt, vt diebus ſolennibus liceret impendere libras Turoneas 1875. vel aureos Gallicos 623. ordinariis vero diebus non plures quam 187. libras cum ſemiſſe, quæ correctio ne cui ἄπιστος videatur propter huius legis cum proxime antecedentibus diſſimilitudinem, obſeruandum eſt Romanos Senatores poſt Aſiam à Sullâ domitam totidem Principes, ac tantum non reges fuiſſe, quibus etiam illæ Sullanæ lautitiæ meræ ſordes viderentur.

Cogita, quanto maior fuerit ordinaria Luculli impenſa. Is cum multa cubicula vario ornatu Deorum nominibus nuncupata haberet, quoties vel mane, antequam domo prodiret, vel etiam poſtquam domo exiuerat per ſeruulum aliquem œconomum ſuum monebat, ſe in Apollinis cubiculum cœnare velle, toties teſte Plutarcho πέντε δραχμῶν μυριάδας vnâ cœnâ impendebat, hoc eſt, ducenta ſeſtertium millia, vel duodecim millia & quingentas libras. Si ex improuiſo ab amico depræhenſus Lucullus fere centuplo maiorem impenſam faciebat, quam lex Sullæ pateretur, quid fieri potuit, cum repotia natales aliosve dierum feſtos albatus celebrabat? Certe extraordinaria Luculli impenſa videtur vt minimum fuiſſe decuplo maior ordinariâ.

Ordinaria Luculli in Apollinis cubiculo cœnantis impenſa, hoc eſt, non ante præuiſa & meditata aſſurgebat ad ducenta millia HS. Extraordinaria ergo facile potuit eſſe vicies HS. Itaque videtur Auguſtus ſaltem cauere voluiſſe, ne quis hanc plus ſatis immanem & inſanam profuſionem ſuperaret. Addit igitur Gellius. *Poſtrema lex Iulia ad populum peruenit Cæſare Auguſto imperante, qua pro feſtis quidem diebus ducẽti ſeſtertij finiuntur. Kalendis, Idibus, Nonis, & aliis quibusdam feſtiuis trecenti: nuptiis autem & repotiis HS. millies eſſe.* Hîc omnes agnoſcunt millies illud plane prodigioſum eſſe. Itaque Budæus legit mille. Ego totum hunc locum ſic legendum cenſeo, *qua pro feſtis diebus ducenta HS. finiuntur, Calendis, Idibus, Nonis & aliis quibusdam feſtis trecenta, nuptiis autem & repotiis HS. vicies eſſe. Etiam dicit Capito Atteius, edictum diui Auguſti an Tiberij Cæſaris non ſatis commemini, quo edicto per varias dierum ſolemnitates à trecentis HS. vſq; ad duo millia* (lege rurſus vicies) *ſumptus cœnarum propagatus, vt his ſaltem finibus luxuriæ efferueſcentis æſtus coerceretur.* Nempe intra librarum Turonearum centum viginti quinque millia. Quid quod etiam hi fines anguſti luxuriæ viſi ſunt? Nam vt palam diſcintos nepotes & macelli varatra omittam, etiam ſapientiæ Doctor Seneca ait. *ſuo tempore trecies, HS. ſingulas cœnas non raro etiam frugaliſſimis viris conſtare.* Quid Cleopatram commemorem, quæ cum Antonio ſpoponderat, nunquam ſe deprehendi poſſe quin vltra centies HS. vnâ

HS. vnâ cœna impenderet? Seneca ad Albinam de consolatione. *C. Cæsar Augustus, quem mihi videtur rerum natura edidisse, vt ostenderet, quid summa vitia in summa fortuna possent, centies sestertio cœnauit vno die, & in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen inuenit, quomodo trium prouinciarum tributum vna cœna fieret.* Vereor ne legendum sit millies pro centies. Quid enim? tres prouinciæ non nisi centies tributum exsoluerent? maxime sub rapacibus tyrannis? Non fit verisimile. Quid? quod etiã priuatus homo Apicius, sane Helluonum sui temporis facile Princeps cẽties sestertio cœnasse dicitur?

Dederas Apici ter trecenties ventri
Et supererat adhuc tibi centies largum:
Hoc tu grauabis, ne famem & sitim ferres,
Vna venenum potione duxisti,
Nihil est, Apici, tibi gulosius factum.

Atqui Iuuenalis multa suo tempore fieri conqueritur.

Quæ miser & frugi nesciunt Apicius.

Suetonius in Nerone c.27. *Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mitellita quadragies constitit, alteri pluris aliquanto ab Syrtio rosaria.* Obscurus sane locus, in quo hærere se agnoscunt doctissimi quique viri scriptoris illius Interpretes. Sed si licet in tenebris micare, & hariolari, dicam ego mitellita videri vocem peregrinam nouo voluptatis lenocinio ab inuentoribus Syris accommodatam. Nam hoc vel maxime vrit Satyricam:

Iam pridem, inquit, *Syrus in Tyberim defluxit Orontes,*
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Immisit.

Certe vox hæc Syris Tugurum σκηνὴν significat. Erat ergo forsan extemporarium aliquod, sed magnificum tentorium ex rosariis, aliisque odoriferis, aut maxime vmbrosis arboribus integris vndecumque petitis confestim extructum, vt vni Neronis cœnæ inseruiret. Vsurpat hęc Matthæi cap. 8. bis. Primum, v.8. Κύριε οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς. Syriace קתק מטלי. Tum v.20. Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις. Syriace מטללא Fit autem ab Hebræo צל vmbra, mutato Tsade in Thet, quemadmodum ab Hebræo צור rupes fit Syriacum טור mons.

XVII.

Gigantes.

Sunt qui Gigantes dictos velint non à γῆ & γάω, quasi γηγενεῖς, sed à Scythicis vocibus With-Gehant, quæ idem fere significant, quod ὁ ἐκτεταμένας χεῖρας ἔχων, καὶ προπετής, quasi gigas nihil aliud significet, quam præcipitem, violentum & exlegem hominem, cuius hoc elogium sit.

definiatur esse pedum Romanorum quinque, Toletanorum sex, qui erit Toletanorum pedum circiter nouem aut decem; Is iam pro Gigante haberi incipiet. Huiusmodi Gigantes dicuntur esse in orbe nouo, non procul à freto Magellanico. Sub Augusto vel Claudio Imperatorib. iusta hominum mensura poterat esse circiter pedum Romanor. sex. Itaque Gabbarus Arabs cum esset pedum Romanorum nouem cum dodrante, Pusio vero & Secundilla pedum Romanorum 10¾. à Romanis pro Gigantibus habiti sunt, eorumque altitudo in monumenta publica relata, teste Plinio & Solino. Verba Plinii sunt lib. 7. cap. 16. *Procerissimum hominem ætas nostra Diuo Claudio Principe Gabbarum nomine ex Arabia aduectum nouem pedum & totidem vnciarum vidit. Fuere sub Diuo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia in conditorio Salustianorum asseruabantur hortorum. Pusioni & Secundillæ erant nomina.*

Solinus cap. 5. *Licet plerique definiant, nullum posse excedere longitudinem septem pedum, quod intra mensuram istam Hercules fuerit: deprehensum est tamen Romanis temporibus sub diuo Augusto Pusionem & Secundillam denos pedes & amplius habuisse proceritatis: quorum reliquiæ adhuc in conditorio Salustianorum videntur. Postmodum D. Claudio Principe, Gabbarum nomine ex Arabia aduectum nouem pedum & totidem vnciarum. Sed ante Augustum annis ferme mille non apparuit forma huiusmodi, sicuti nec post Augustum visa est.*

Et sane Goliathus mille circiter annis ante Augusti tempora natus est. Medio tempore non memini me legere Gigantis vllius mentionem fieri. Goliatho Scriptura tribuit tantum sex cubitos & semis, 1. Sam. 17. 4. Sunt quidem Hebræorum cubiti, vel pedes Romanis maiores. Sed & Hebræi Dauidis tempore poterant esse proceriores quam Romani viuente Augusto vel Claudio Imper. puta pedum Hebraicorum circiter sex, vel Atticorum septem. Goliathus vero Hebraicorum pedum 9½, Atticorum 11⅐. Orestes vix centum annis ante Saulis vel Dauidis natiuitatem obiit. Itaque nondum poterat esse magnum discrimen inter proceritatem Græcorum sub Oreste, & Hebræorum sub Saule viuentium.

Demus iustam Græcorum altitudinem tum fuisse pedum Atticorum septem, Orestis corpus oraculi iussu Olympiade LVIII. refossum inuentum est esse cubitorum septem, vt testatur Plinius & Solinus.

Hercules reliquos sui temporis homines virtute potius & robore, quã proceritate superabat. Et tamẽ A. Gell. statim in initio suarũ noctiũ testatur. Herculẽ suis pedib. (nempe sexcentis) Olympiaci stadii longitudinẽ admensum. Vnde colligebat Pythagoras tanto plantas Herculis reliquis fuisse longiores, quanto stadiũ Olympicum reliquis stadiis. Stadiorum o-

mnium, quæ quidem nouimus, longissimum est Babylonium. Demus Olympicũ huic fuisse æquale. Ita pes Herculis Babylonio æqualis dicetur. Et Herculis altitudo fuisse circiter pedũ Babyloniorum sex, Atticorũ octo, Hebraicorum fere septem. Itaque vno circiter pede iustam hominum illius temporis altitudinem superabat Hercules, quæ causa est cur illi septem pedes tribuantur à Solino cap. 5. *Plerique*, inquit, *definiunt, nullum posse excedere longitudinem 7. pedum, quod intra mensuram illam Hercules fuerit*, hoc est, pauci sunt, qui possint iustam hominum sui temporis altitudinem plus quam vno pede superare, quicquid vltra est, iam Giganteæ magnitudini deputatur. Sed & meminisse debemus lib. 4. definitione 37. à nobis obseruatum congium Georgicum eundem fuisse cum Ægyptiaco, ac proinde verisimile esse pedem Græcum olim ante Solonem eundem fuisse cum Ægyptiaco. Hac ratione cum dicitur Hercules habuisse septem pedes longitudinis, possumus id interpretari de priscis illis Græcorum pedibus, qui erant Ægyptiacis pares, eademque ratione dicetur Olympicum stadium Ægyptiaco fuisse par, quod facit ad ea confirmanda, quæ libro tertio de Gradu cœlesti diximus.

Hercule plus quã ducentis quinquaginta annis antiquior fuit Og rex Basan à Mose debellatus, & inde à Mosis potissimum tempore cœpit decrescere hominum, vt longæuitas, ita & proceritas. Demus sub Mose iustam altitudinem hominum fuisse pedum Atticorum circiter nouem, Hebraicorum vero septem & semis aut octo, totidem fere cubitorum fuit Og, sponda vero ipsius cubitorum nouem. Deut. 3. Quodnam tempus assignandum sit priscis Ægyptiorum Dynastiis, quos refert Manetho, sane non liquet. Sed quidquid fabulentur & turbent Ægyptii, non possunt esse diluuio antiquiores. Demus has continuo post diluuium enatas, Sosochris secundæ Dynastiæ Rex octauus, dicitur habuisse quinq; cubitos altitudinis, amplitudinis tres. Alter Sesochris quartæ Dynastiæ rex nonus dicitur fuisse cubitorum quinque & trium palmarum, omnino necesse videtur, vt id intelligatur de cubitis illis, quos Scriptura primarios vocat. Totidem pedum poterat esse iusta hominum temporis illius altitudo. Atque hæc in hoc naturalis anomaliæ genere dici possunt analoga. Sed nõ dubium est, quin multo grandiora corporum humanorum portenta natura quandoque produxerit; nisi clarissimis quibusque scriptoribus fidem denegare volumus.

Quamquam videndum, ne cuius relationi temeræ fides adhibeatur. Saxo Grammaticus autor seculo barbaro politissimus, sed plerumque fabulosus, de Hartbeno & Haldano mira, & faceta narrat. *Tanta*, inquit, *corporis magnitudine erat, vt nouem cubitis eius dimensio tenderetur. Huic duodecim*

tim athletæ contubernales fuere, quibus officio erat, quoties illi præsaga pugnæ rabies incessisset, vinculorum remedio oborti furoris impetum propulsare. Adiicit Saxo Hartbenum cum Haldano pugnantem *tanta rabie percitum, vt ex suis ipsius athletis sex obtruncauerit, vt summas clypei partes morsu consumeret, raptas ore primas in viscera trāsfunderet,* &c. Nihilominus tamen miræ *granditatis malleo contusus est ab Haldano illo, à quo se ortos esse gloriantur Noruagiæ reges.* D. Augustin. de ciuit Dei lib. 15. c. 9. *Vidi,* inquit, *ipse non solus, sed aliqui mecum de Vticensi littore molarem hominis dentem tam ingentem, vt si in nostrorum dentiū modulos minutatim consciinderetur, centū nobis videretur potuisse facere.* Ludouic. Viues in hunc locū scribens: *Festo,* inquit, *diui Christophori cum salutatum iissemus eum ad maximum vrbis nostræ templum,* (Valētiæ scil.) *ostensus est dens molaris pugno maior, quem dicebant esse illius.* Fuerintne dentes illi humani, non video quî constet. Certe Martyrologia D. Christophoro duodecim pedes tantum tribuunt. Ita duplo tantum maior erat hominibus iustæ proceritatis. At dens ille, qui Valentiæ ostentatur, eiusmodi est, vt marinis quoq; belluis vix grandiores tribuantur. Plin. lib. 9. cap. 5. *Turanius prodidit expulsam belluam in Gaditana littora, cuius inter duas primas vltimæ caudæ cubiti sexdecim fuissent. Dentes eiusdem CXX. maximi dodrantium mensura, minimi semipedum.*

At dens ille, quem Valentiæ vidit Viues, est vt minimum dodrantis, hoc est, dentis illius ambitus spithamam Rom. æquat, aut etiam superat, si modo pugno virili crassior est. Omnino igitur dentes illi, quos Viues & Augustinus vidisse se prædicant, belluæ potius marinæ, quam hominis fuisse videntur. At, inquit, quidni Augustino credamus, si modo Plinio credimus. *In Creta,* inquit, lib. 7. cap. 16. *terræ motu rupto monte inuentum est corpus stans XLVI. cubitorum, quod alij Orionis, alij Othi fuisse arbitrantur.* Solinus cap. 4. *Bello Cretico cum elata flumina, plusquam vi amnica, terras rupissent, post discessum fluctuū inter plura humi discidia humanum corpus repertum, cubitum trium atque triginta, cuius inspectandi cupidine L. Flaccum Legatum, Metellum, etiam ipsum impendio captos, miraculi quod auditu refutauerant, oculis potitos.* Vt hos duos authores inter se concilies, necesse videtur, vt legas apud Solinum semicubitos 33. Apud Plinium vero cubitos 16. vt in margine scribitur. Eccur vero, inquis, Solinus, aut is, à quo Solinus hæc excerpsit, semicubitos potius 33. scripserit, quam cubitos 16. vel $16\frac{1}{2}$? Dicam quid sentio. Semicubiti illi non sunt ἡμιπήχεις. Sed ἡμιπυγόνες, siue ὀρθόδωρα. Est enim ad subductionis commoditatem aptissimus ἡμιπύγων, vtpote qui capiat præcise digitos decem. Ita ἡμιπυγόνες 33. dant 330. digitos, & quidem, vt videtur, Atticos. Creticus ergo Gigas esse potuit Atticorum pedum viginti, & digitorum decem Hebraicorum

pedum

pedum $17\frac{1}{16}$. Atqui Ogi lectus erat tantum Hebraicorum cubitorum nouem, pedum $13\frac{1}{2}$. Quominus enim id de maximis Hebræorum cubitis intelligam, vetat Moses, qui cubitos istos nō primarios, sed viriles vocat. Itaque etiamsi quam arctissime adstringantur Plinii & Solini verba, tamen Creticus ille Gigas, erat adhuc eorum omnium prodigiosissimus, de quibus aliquid certi in historiis mihi legere licuit.

Iulius Scaliger exercitat. CCLXIII. *Vidi,* inquit, *Mediolani in publico Nosocommio iuuenem vnum tantæ proceritatis, vt stare non posset. Neque enim poterat à natura satis alimenti ad crassitudinem, roborisque proportionem meditari. Itaque iacebat, explebatq; lectos duos simul iunctos.*

Atque adeo quicunque sunt prodigiosæ proceritatis, hos videmus pronos incedere, quo docemur, naturam non esse parem ferendæ moli, quæ iustam reliquorum hominum proceritatem duplo triploue superet, reliquorum, inquam, eiusdem regionis & sæculi hominum.

XVIII.

Velocitatis exempla.

Iosephus lib. 6. τῆς Ἀρχαιολογίας, cap. 6. de Saulis aduersus Hammonitas expeditione loquens, ait cum σχοίνων δέκα δι᾽ ὅλης τῆς νυκτὸς ἀνύσαι ὁδόν. Id de maioribus schœnis intelligi non potest, quæ sexaginta, ne dum de iis, quæ 120. stadia complectuntur. Cum etiam de minoribus 30. aut 40. stadiorum intellectum sit admiratione dignum, celebratur quoque fides, fortitudo & diligentia Claudii Neronis, qui cum in Apulia prope Annibalem castra haberet, cum exercitus parte sex dierum spatio totam Italiæ longitudinem Senas vsque sit emensus, totidemque diebus ad castra redierit. Plin. lib. 7. cap. 20. *Cucurrisse MCXL. stadia ab Athenis Lacedæmonem biduo Philippidem, magnum erat, donec Anistis cursor Lacedæmonias & Philonides Alexandri Magni à Sicyone Elin vno die MCC. stadia cucurrerunt.* Idem Solin. cap. 6. pene αὐτολεξεί. Atq; adeo idem Plin. lib. 11. c. 71. *Alexandri cursor Philonides Sicyone Elin mille & ducenta stadia nouem diei confecit horis. Indeq; quamuis decliui itinere tertia noctis hora remensus est sæpius.* Hic videmus semel à Solino, bis à Plinio MCC. stadia tribui à Sicyone Elin vsq;. Atq; idem Plin. Athenis Lacedæmonē vsq; nonnisi MCXL. stadia numerat: cum fere duplo lōgius distet Lacedæmon ab Athenis, quā Elis à Sicyone. Ego igitur non dubito, quin pro MCC. legendum sit DCC. ita tamē vt error sit, nō librariorū, sed ipsius Plinii, quē Solin. secutus est. Pergit vero lib. 7. c. 20. *Nunc quidem in circo quosdam CLXM. pass. tolerare non ignoramus, nuperque Fonteio & Vipsanio Coss. annos nouem genitum puerum à meridie ad vesperam LXXVM. passuum cucurrisse. Cuius rei admiratio, ita demum solida perueniat, si quis cogitet, nocte ac die longissimum iter vehiculis*

culis tribus Tiberium Neronẽ emensum festinantem ad Drusum fratrem ægrotantem in Germania: in eo fuerunt CCM. *passuum.* Quędam exemplaria pro LXXV.M.Pass.legunt XLVM. In Solino quoque vtraque lectio habetur. Malim ergo legere XLV.M.vt & supra LXM.pro CLX.M. Præterea passuum nomine gressus intelligendos esse credo, quales in circo ambulantes conficere solebant, qui animi gratia spatium illud suis passibus emetiebantur. Solinus addit eodem cap. VI. *Primam palmam velocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerem cursitauit, vt in harenis pendentibus nulla indicia relinqueret vestigiorum.* Huius Ladæ meminit Iuuenalis:

—Pauper locupletem optare podogram,
Ne dubitet Ladas.

Ita fere fidem inuenient verba Virgilii:

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Grammina, nec cursu teneras læsisset aristas.

Addit Solinus: *Polymnestorem quendam Milesium caprarium cursu lepores consequi solitum.*

Sed quid hoc monstri est? quod Plinius ait: *Philonides Sicyone Elim MCC. stadia nouem diei confecit horis, indeq; quamuis decliui itinere tertia noctis hora remensus est sæpius. Causa quod exeunti cum Sole iter erat, eundem remeans obuiam contrario præteruertebat cursu.* Vix quicquam animaduertas in tota Plinii physiologia, quod sit magis à ratione alienum. Causa tam fœdi erroris hæc esse potuit: Audiuerat Græculus aliquis nonaginta gradus longitudinis sex horarum discrimen efficere. Verbi causa: Vna eademque Eclipsis Lunę Persepoli circa μεσονύκτιον, in Insulis Fortunatis sub Solis occasum conspicietur, quia Persepolis nonaginta circiter gradibus distat ab Insulis Fortunatis versus Orientem. Nouus autem hic astrologus putauit non gradus, sed milliaria nonaginta hoc sex horarum discrimen efficere. Elis autem duobus gradibus occidentalior est Sicyone. Ii sub æquinoctiali conficerent mille stadia, milliaria centum & viginti siue Babylonia, siue Ægyptiaca &c. At in Græcia duo isti gradus conficiunt circiter nonaginta milliaria, stadia DCC. vel DCCXX. pro quo Plinius scripsit stadia MCC. Cum ergo legisset Cercophitecus noster, Philonidem Sicyone profectum primo diluculo Elidem attigisse, cum adhuc superessent fere tres diei horę, hinc ille colligebat Philonidem Elide summo mane profectum Sicyonem peruenire non potuisse, nisi tertia noctis hora, quod vanissimum imperitissimi blateronis commentum Plinius in aduersaria sua contulit, quasi rem certissimo experimento non semel compertam.

XIX.

Arca Noa.

De Noæ, vel (vt ad Hebraicam vocem propius accedamus) Noachi arca, multi pridem differuerunt. Sed omnium, quos mihi videre licuit, copiosissime differuit Ioan. Buteo Delphinas edito de ea re libello Anno D. 1554. Huius epitomen in Chronologiam suam transcripsit Ioann. Temporarius Anno Domini 1584. Buteonis vestigiis ita insistens, vt sæpe αὐτοῖς γράμμασιν verba ipsius vsurpet, cum tamen Buteonem, quod sane miror, ne nominet quidem. Non est ergo quod hic cramben recoctam iterum atque iterum apponamus. Paucis ea tantum notabimus, in quibus ab illis dissentimus. Et Temporarii quidem peculiaris sententia est, vt dicat non vnica tantū, sed quamplurimis fenestris arcam fuisse instructam, quod quam sit verum, aut necessarium, non video. In infima contignatione omnes terrestria bruta collocant. At in ea regione fenestra nulla esse poterat, quia sub aquis latebat. Secunda demum contignatio supra aquas extabat, sed ea fœno aliisque huiusmodi cibariis plena erat, quæ lucem nec admittunt, nec requirunt. Tertia demum & quarta supersunt, quibus sufficere potuit vna fenestra cubitalis, ita quidem vt eius triens supremæ contignationi auib. plenæ inseruiret, reliquus vero bes tertiæ contignationi, in qua homines erant, & quę hominum vitæ necessaria sunt.

Vterque autem (id est, tum Buteo, tum Temporarius) ita agit, ac si cubitus Mosaicus fuerit Parisino plane ęqualis.

Et Temporarius quidem multis verbis eorum refutat sententiam, qui putant homines olim aliquanto grandiores fuisse, quam nunc sint, quin & contendit nullum vnquam hominem fuisse, quantumuis Giganteæ staturæ, qui decem aut vndecim pedum Parisinorum altitudinem superarit. Ogi lectum quidem nouem cubitorum fuisse fatetur, ipsum vero septem cubitis altiorem fuisse negat.

At hæc, quam falsa sint, non dubitabit, qui ea attente perpenderit, quæ à nobis hactenus explicata sunt. Io. Buteo multis inuehitur in eos, qui Origenis & Augustini sententiam secuti, putant cubitos Mosaicos hodiernis sextuplo maiores fuisse. Sed operæ pretium est, ipsum Origenem audire homilia secunda, quam de arca Noę scripsit. *Nos*, inquit, *ea, quæ à prudentibus viris, & Hebraicarum traditionum gnaris, atque à veteribus Magistris didicimus, ad auditorum notitiam deferemus. Aiebant ergo maiores, quod*

quod Moyses, qui, (vt de eo Scriptura testatur) omni Sapientia AEgyptiorum fuerit eruditus, secundum artem Geometricam, quam præcipue AEgyptii callent, cubitorum numerum hoc in loco posuit. Apud Geometras enim secundum eam rationem, quæ apud eos virtus vocatur, ex solido & quadrato, vel in sex cubitos vnus deputatur, si generaliter vel trecentos, si minutatim deducatur. Hæc, inquit Buteo, *à sensu communi sunt valde remota. Si enim ex hoc Origenis loco cubiti longitudinem simpliciter extenderis in sex, itidem & vnum extendam in trecentos, cum vtrumq; dixerit autor. Sed hoc postremum tam impudenter ausus est dicere nemo.* Hęc Buteo.

Sed quis credet, Origenem adeo delirasse, vt vnum eundemque cubitum vnius eiusdemque cubiti crediderit esse sextantem simul & trecentesimam partem. Infans sit, necesse est, qui non videt locum esse mutilum. Vtinam extarent Græca, haberemus vnde rei præstantissimæ cognitionem confirmare liceret. Sed & fieri potest, vt Origenes non satis intellexerit ea, quæ à peritis Hebraicarum antiquitatum Doctoribus acceperat.

Nos igitur, si nō Origenis, certe Doctorum ipsius hanc credimus fuisse sententiam, falli plurimum eos, qui arcę amplitudinem metiuntur ex eius cubiti longitudine, qui tum apud Ægyptios in vsu erat. In Ægypto enim Alexandriæ Theologiam docebat Origenes. Moysem non ciuili cubito vsum, sed prisco illo, cuius vsus aliquis, aut certe monumenta supererant in priscis Ægyptiorum Geometrarum scriptis. Priscum illum cubitum eius longitudinis fuisse, vt si in trecentas partes diuidatur, huiusmodi particulæ centum tantum & septuaginta, vel 171. ciuili Ægyptiorum cubito tribuendę sint. At Christiani nominis hostibus ne id quidem sufficere videbatur. Demus, inquient, 171. cubitos priscos efficere trecentos hodiernos Ægyptiorum cubitos. Demus cubitum priscum Ægyptiaco vel Attico fuisse duplo maiorem, ita fiet amplitudo arcæ duplo maior, quam si Moyses cubitis hodiernis siue Atticis, siue Ægyptiacis vsus fuisset. Hic rursus periti Geometrę subiiciebant: Si 171. cubiti Mosaici lineales dant Ægyptiacos lineales trecentos, tum ratio Geometrica requirit, vt cubitus Moysis cubicus Ægyptiaco cubito sit sextuplò maior. Atque id fateor præcise verum non esse. Sed quia vnius cubiti ad alterum ratio est quintupla maior, Origenes non dubitauit eam sextuplam vocare, quæ tamen sextupla minor erat.

Præcise igitur ea erat inter cubitales illos cubos ratio, quæ inter 185193. & decies centena millia. At certe cubicus Mosis cubus Attico erat non sextuplo tantū, sed octuplo præcise maior, i. e. capacior. Inter cubitū

vero Mosis cubicum & Parisinum, ratio est fere septupla præcise eadem, quæ inter 3375. & 512. Si igitur arca etiam ex Parisino cubito structa Temporario & Buteoni visa est, plus satis sufficere ad ea omnia collocanda, quæ tanto negotio sufficerent, quanto magis si sextuplo aut etiam septuplo maior fuerit, quam illi putabant. At contra dicent nunc quidam iusto grandiorem fuisse; sed meminerint illi à Temporario & Buteone commemorata quidem multa nostri orbis animalia. Animalium vero noui orbis nullam ab his mentionem factam, quę tamen permulta sunt, & fortassis nostris plura.

Neque vero est, quod quærat quispiam, quo aucupio potuerit Noah tot feras venari? Nam dubitandum non est, quin is, qui feras illas creauit, & hominis dominio subiecit, occulto instinctu, cuiusuis generis feras aliquot impulerit, vt in eum locum conuenirent, in quo facile possent à Noacho comprehendi, & in arcam induci, quemadmodum & olim Deus omnia animalia impulerat, vt coram Adamo sisterent sese, & ab eo nomina sua acciperent. Atque hæc monenda censui ad explicationem sententiæ Originis. At certe cum Buteone & Temporario censeo ridiculos eos, qui ex verbis Originis colligunt, cubitum Mosis Ægyptiaco, Atticoue sextuplo aut octuplo fuisse longiorem. In ea sententia fuisse videtur Berossus Chaldæus, cuius fragmenta plurima Græce nunc habemus beneficio incomparabilis viri Iosephi Scaligeri, τὸν δὲ, inquit, ὑπεραλκύσαντα ναυπηγήσαντα σκάφος, τὸ μὲν μῆκος σταδίων πέντε. τὸ δὲ πλάτος σταδίων δύο. Vt hæc sibi aliquo modo constent, legendum fuerit, τὸ μὲν μῆκος σταδίων ἕξ. τὸ δὲ πλάτος σταδίου. Cubitus Mosis cubicus Attico est octuplo capacior; fingamus fuisse octuplo longiorem. Ita arcæ longitudo erit pedum Atticorum 3600. latitudo pedum sexcentorum. Ac proinde latitudo erit vnius stadii, longitudo stadiorum sex.

XX.

Niniues amplitudo.

Ionæ tertio Niniue dicitur vrbs ampla Deo, id est, longe amplissima, ὡσεὶ πορείας ἡμερῶν τριῶν, id est, ambitu triduano. Diodorus Siculus lib. 2. ἔχει τῶν μὲν μακροτέρων πλευρῶν ἑκατέραν ἡ πόλις ρν' σταδίων, τῶν δὲ βραχυτέρων ἐνενήκοντα. διὸ καὶ τοῦ παντὸς περιβόλου συσταθέντος ἐκ σταδίων τετρακοσίων καὶ ὀγδοήκοντα τῆς ἐλπίδος οὐ διεψεύσθη. Cum, inquit, Niniues ambitus esset stadiorum 480. merito sibi persuasit Ninus, se vrbem struxisse, cui parem amplitudine nemo vnquam structurus esset. Stadia 480. dant iter trium dierum, non quidem ęstiuorum, sed hybernorum ex sententia Pausaniæ: φωκικοῖς Λιλαία, inquit, ἡμέρας μὲν ὁδὸν ἀρχῇ χειμῶνος ἀπέχει Δελφῶν. κατιοῦσι διὰ τοῦ Παρ-

ὁ παρνάσου. σάδια δὲ τεκμαιρόμεθα εἶναι ὀγδοήκοντα τ' ὁδοῦ καὶ ἑκατόν. Omninò viator pedes quam facillime poteſt hyberno die in Græcia, Syria, Italia, atq; adeo in Gallia centum octoginta ſtadia Attica conficere. Et quia in Meſopotamiæ dies hyemales longiores ſunt, quam in Græcia, viciſſim Perſica ſtadia, vel Babylonia Atticis maiora ſunt; Itaque omnino commoda videtur hæc æſtimatio, vt itineri diei hyberni tribuantur ſtadia Babylonica centum octoginta in ipſa Babylonia ſiue Aſſyria. Rurſus Ionæ vltimo dicit Deus: Niniue fuiſſe centum & viginti infantium millia, qui dextram à ſiniſtra non internoſcerent. Demus totidem circiter fuiſſe familias & ædes. Si Niniuæ latitudo erat ſtadiorum 90. longitudo 150. omnino area erat ſtadiorum 13500. & quidem, vt credere par eſt extra opus, vt ita dicam, hoc eſt, in extimo vrbis pomœrio. Itaque vt foſſarum latitudini, & murorum ſpiſſitudini tribuamus mille quingenta ſtadia, ſupererunt intra opus mille ducenta ſtadia, quæ duodecim familiarum myriadibus diſtributa dant denis familiis ſingula ſtadia quadrata, ſiue ſingulis familiis pedes ſexagenos quadratos, longitudinis, totidemque latitudinis in vniuerſum 3600. incluſa eo nemero viarum latitudine. Itaque ſi viarum latitudini tribuas pedes octoginta, vnicuique domus lateri quadragenos, totidemque domorum latitudini colligentur pedes 1600 demendi de 3600. ſupererunt pedes bis mille, vt domus habeat quadraginta pedes latitudinis, longitudinis quinquaginta. Vt autem erant multi pauperes, qui multo exiliores domos haberent, ita poterant eſſe multi locupletes Principes, qui multo ampliores domos incolerent.

XXI.

Romæ veteris ambitus.

Plin. lib. 3. c. 3. *Vrbem tres portas habentem Romulus reliquit, aut* (vt plurimas tradentibus credamus) *quatuor. Mœnia eius collegere ambitu Imperatoribus, Cenſoribusq; Veſpaſianis anno conditæ vrbis* IↃ CCCXXVIII. *paſſuum* XIIIMCC. *complexa montes ſeptem. Ipſa diuiditur in regiones quatuordecim, compita Larium* CCLXV. *Eiusdem ſpatii menſura currente à miliario in capite fori Rom. ſtatuto ad ſingulas portas, (quæ ſunt hodie numero 37. ita vt duodecim portæ ſemel numerentur, prætereanturq; ex veteribus ſeptem, quæ eſſe deſierunt) efficit paſſuum per directum XXXMDCCLXV. Ad extrema vero tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem miliario per vicos omnium viarum menſura colligit paulo amplius ſeptuaginta millia paſſuum. Quod ſi quis altitudinem tectorum addat, dignam profecto æſtimationem concipiat, fateaturq; nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari.* Hunc locum Admirandorum ſuorum lib. III. c. 2. Lipſius, & cum ruderibus, quæ hodie apparent, comparans corruptiſſi-

mum esse iudicat. Itaque pro passuum XIIIMCC legendum censet XXIIIMCC pro XXXMDCCLXV. legit IIIM. vel ∞ ∞ ∞DCCLXV. denique pro septuaginta millia passuum, legit septingenta millia. At si vno eodemque loco tot correctiones, tantamque numerorum variationem comminisci audemus, quid non audebimus? Quanto rectius erat paulo attentius omnia circumspicere, num forte Plinii verbis, qualia extant, sua constare veritas possit? Ego sane Romam vidi nunquam. Sed ipsa Plinii verba, cum in eos intentos figo oculos, mihi non modo vero & rationi consentanea, sed & planissima videntur: neque in iis, quæ mutauit Lipsius, quidquam animaduerto, quod correctione indigeat.

Primum igitur miror, qui factum, vt Plinii verba, quæ per parenthesin inclusimus, Lipsius non modo non explicarit, sed ne transcripserit quidem. At ego si quid in toto illo Plinii loco vitii sit, id intra illam parenthesim latere credo. Onuphrius Panuinius totius Romanæ antiquitatis indagator diligentissimus, pro eo quod legitur, quæ sunt hodie numero XXXVII. ait legi in quibusdam Codicibus XXXIV. Ego parenthesim illam sic lego, (*quæ sunt hodie numero XXXV. ita vt XIV. portæ semel vel simul numerentur &c.* Rem igitur sic habere sentio: Erant Plinii tempore veteres portæ septem quæ in vsu esse desierant, nouæ duotriginta, hoc est, in vnaquaque regione binæ. Colliguntur in vniuersum portæ XXXV.

Præterea quemadmodum in vrbe XIV. regiones erant, ita & XIV. primariæ viæ totum vrbis ambitum in totidem diametros dissecantes. Ac proinde singulis illis viis, siue diametris binæ portę necessario erant assignandæ. Ita videbatur vrbs septenarium numerum in multis affectasse. Erant quippe septem montes, septem portę veteres, bis septenæ regiones, quater septenæ portæ nouæ. Sic Semiramis Babylonem extruens nouenario numero delectata fuisse videtur.

Adhæc etiamsi neque Roma circularis esset, neque forum Rom. in vrbis meditullio, tamen quia columna illa aurea, quæ in foro Rom. stabat, erat quasi centrum, in quod desinebant ac concurrebant celeberrimæ quæque Italię viæ Romam ducentes. Ideo Plinius ita agit, ac si Roma sit κυκλοειδὴς, cuius centrum sit miliarium, iubetque nos ab illa columna per quatuordecim vias primarias totidem lineas ducere vsque ad vrbis muros & portas, quæ vias illas XIV. terminant. Hoc modo etiamsi sint viæ XXVIII. tamen numerandæ erunt tantum XIV. alioquin eadem via bis numeraretur, vel in vnaquaque semicirculi parte XIV. portas,

portas, totidemque semidiametros numerari vult, Plinius, tum computata omnium illarum linearum longitudine, testatur fore, vt omnes illæ lineæ simul iunctæ conficiant passuum XXXMDCCLXV. Addamus ad subductionis commoditatem triginta quinque passus, vt fiant triginta millia, & octingenti passus. Hunc numerum deinde per quatuordecim habebis IIMCC.

Rebus igitur vndique compensatis, cuique semidiametro tribuendi erunt bis milleni ac duceni passus. Et quatuordecim semidiametros lustraturo conficienda erunt triginta millia passuum, & insuper octingenti passus. Quod si peragrato priori semicirculo, alterum quoque lustrare libeat, eadem rursus passuum quantitas tibi erit emetienda, vt consurgant in vniuersum passuum 61600.

Itaque qui nostro sæculo veteres vrbis muros, quorum aliqua vestigia adhuc in ruderibus apparent, adhibito funiculo dimensi sunt, ii testantur, eum vrbis ambitum quatuordecim circiter aut quindecim passuum millia complecti. Pyrrhus Ligorius XIIIMDL. Male ergo Lipsius, qui contra tot doctorum virorum & Plinii fidem contendit, hunc non esse priscæ, &, vt ita dicam, Plinianæ vrbis ambitum, sed nescio quem alium, cuius ne sæculum quidem ausus est confingere. Iam quia extra vrbis muros ac portas erant ampla ac magnifica suburbia, si tum vrbis, tum suburbiornm simul iunctorum quatuordecim semidiametros emetiri quis vellet, principio ducto ab illa, quam supra diximus, columna aurea; tum illi, teste Plinio, conficienda erant circiter septuaginta passuum millia, totidemque ad alterum vrbis, & suburbiorum semicirculum perambulandum. Quod si hæc septuaginta passuum millia quatuordecim illis primariis viis siue semidiametris distribuas, comperies vnicuique semidiametro partibus exæquatis tribuenda esse quina passuum millia, ac proinde diametris integris dena, circumferentiæ vero circiter triginta passuum millia, siue stadia ducenta & quadraginta. Quod si semidiameter vrbis habebat bis mille ducentos passus, profecto diameter integer habebit passus 4400. quod quidem verius ac certius dici potest de diametro integro, quam de semidiametro à columna aurea ducto. Nam quod duorum semidiametrorum in vnam concurrentium lineam, vni deerat, alteri superesse poterat.

Rursus si diametro vere tribui possunt 4400. passus, totius vrbis ambitus exclusis suburbiis obtinebit circiter 13200. passus, vt vult Plinius ea sc. ratione, qua cuiusuis circuli περιφέρεια censetur esse diametro suo

suo triplo maior, quæ ratio licet sit παχυμερὴς, & minime accurata, tamen in huiusmodi rebus sufficit plus satis, ideoque à grauissimis quibusque Scriptoribus, atque etiam θεοπνεύστοις in Scriptura vsurpatur. Sed quia Roma vere circularis non erat, ideo necesse fuit vrbis ambitum esse paulo maiorem eo, quem postulare videtur Geometriæ popularis analogia. At qui secuti sunt Vespasianum Imp. vrbis ambitum ita ampliare potuerunt, vt potuerint muri vnũ, vel duo & viginti passuum millia complecti, vt narrant Olympiodorus & Martinus Polonus, cuius tamen non est magna habenda ratio, vtpote qui sit mendaciorum loquacissimus, vt Panuinii de eo loquentis verbis vtar. Quin & vrbis, & suburbiorum simul coniunctorum ambitus potuit ad quadraginta duo, atque adeo quinquaginta passuum millia porrigi, vt Vopiscus & Zosimus testantur. Quod si suburbiis villas & oppida paulo viciniora cum prædiis interiacentibus connectere velis, quod Oratores aliquando animi gratia faciunt, vt omnia in maius extollant, tum certe Roma non vrbs, sed Prouincia censenda erit. Quemadmodum hodie Sinarum regnum adeo populosum esse affirmant Hispani, vt singulæ Prouinciæ singulorum vrbium speciem referre videantur. Recte igitur Dionysius Halicarnassæus lib. VIII. ait, Romę ambitum Athenarum ambitu multo maiorem esse. Dio enim Chrysostomus in Oratione de Tyrannide ait, circuitum Athenarum cum Piræo, & longis muris fuisse ducentorum stadiorum, quæ conficiunt passuum viginti quinque millia.

XXII.

Alexandriæ ambitus.

Iosephus belli Iudaici lib. II. c. XVI. ait: Alexandrię longitudinem fuisse triginta stadiorum, latitudinem decem. Q. Curtius lib. IV. in hanc sententiam totum ambitum ait fuisse octoginta stadiorum. Sed hic videtur esse primus vrbis ambitus, prout ab Alexandro designatus est, qui postea à Ptolemæis & Cæsaribus plurimum augeri potuit. Plinius enim lib. V. c. X. *Metatus est*, inquit, *Alexandriam Dinochares Architectus pluribus modis memorabilis ingenio, XV. millia passuum laxitate insessa, ad effigiem Macedoniæ Chlamydis orbe gyrato laciniosam, dextra, læuaq; anguloso procursu, iam tum tamen quinta situs parte regiæ dicata.* Diodorus lib. XVII. τὸν δὲ τόπον ἀποτελῶν χλαμύδι παραπλήσιον ἔχει πλατεῖαν μέσην σχεδὸν τὴν πόλιν τέμνουσαν, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ πλάτει θαυμαστήν, ἀπὸ γὰρ πύλης εἰς πύλην διήκουσα, τετταράκοντα μὲν σταδίων ἔχει τὸ μῆκος, πλέθρου δὲ πλάτος. Strabo Geographiæ libro vltimo: ἔστι δὲ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τοῦ ἐδάφους τῆς πόλεως, οὗ τὰ μὲν ἐπὶ μῆκος πλευρά ἐστι τὰ ἀμφίκλυστα, ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχοντα διάμετρον, τὰ δὲ ἐπὶ πλάτος οἱ ἰσθμοὶ

ἑπτὰ

ἐπλὰ ἢ ὀκτὼ σταδίων ἑκάτερος σφιγγόμενος, τῇ μὲν ὑπὸ θαλάττης, τῇ δὲ ὑπὸ λίμνης. Quo loco pro τριάκοντα σταδίων forte legendum τριάκοντα πέντε. Ita longitudo Alexandriæ erit ſtadiorum Alexandrinorum 35. Atticorum 40. vel habebat longitudinis ſtadia Babylonia triginta, Attica quadraginta. Sic vbi de talentis agitur in hiſtoria Alexandri plerumque vel Attica vel Babylonia intelliguntur. Addit Strabo: Ἅπασα μὲν ὁδοῖς κατατέτμηται, ἱππηλάταις καὶ ἁρματηλάταις. δυσὶ δὲ πλατυτάταις ἐπὶ πλέον ἢ πλέθρον ἀναπεπταμέναις. Si Alexandria Chlamydi Macedoniæ ſimilis fuit, erat vtrumque κυκλοειδής. Sed in angulos prominentes hinc inde procurrens tum ad ornatum, tum ad munitionem, vt anguli illi ſeſe mutuo proſpectare, & tutari poſſent. Quod ſi vrbs ad circularem formam accedebat, eiusque diameter erat quadraginta ſtadiorum, profecto diametri huius circumferentiæ, hoc eſt, vrbis ambitus erat ſtadiorum circiter centum & viginti, ſiue XV. milliarium, vt vult Plinius, extra videlicet non intra vrbem. Nam flexuoſi illi ſinus, & anguloſi procurſus huic amplitudini multum detrahebant, ita tamen vt vix dubitem, quin Plinii æuo Roma Alexandria minor fuerit, ſi ipſum vrbis pomœrium ſpectes. Romæ vero ſuburbia Alexandrinis ſuburbiis multo ampliora & anguſtiora fuiſſe, dubium non eſt. Rurſus interius vrbis Alexandrinæ ſpatium ad hominum habitationem commodius fuiſſe ſolo Romano certiſſimum eſt. Roma enim poſtquam à Gallis diruta fuit, & incenſa, tumultuario opere inæqualibus fœdum in modum ſpatiis inſtaurata eſt. Contra Alexandriam Alexander magnus vno conſilio totam ſimul extruxit, eiusque vicos omnes tanto artificio diſpoſuit, vt id plurimum faceret, tum ad ornatum & elegantiam, tum ad aeris ſalubritatem & ſummam ad excipiendos ſtatis temporibus Eteſias opportunitatem, & ad commode collocandos intra breuiſſimum loci ſpatium quamplurimos homines, καθόλου δὲ ἡ πόλις τοσαύτην ἐπίδοσιν ἔλαβεν ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις, ὥστε παρὰ πολλοῖς πρώτην ἀριθμεῖσθαι τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην: καὶ γὰρ κάλλει, καὶ μεγέθει, καὶ προσόδων πλήθει, καὶ τῶν πρὸς τρυφὴν ἀνηκόντων πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων. Ne Romam quidem tum adhuc lapideam, & ab Auguſto demum marmoream relictam excipit Diodorus. Et ſane fieri poteſt, vt Diodori tempore ſola Maieſtate & imperii magnitudine Romæ cederet Alexandria circa annum V. C. ſeptingenteſimum. Poſt annum autem vrbis octingenteſimum, poſtquam dodrantem vrbis abſumpſit Neronis incendium, & ſicarius ille parricidio addens latrocinium maximam vrbis partem ſibi, hoc eſt, ſuis thermis, pomariis, & aliis huiusmodi voluptatum lenociniis potius quam hominum domiciliis vindicauit, quid potuit eſſe Roma vaſtius? Hinc ſalſus ille in Neronem iocus:

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,
Si non & Veios occupat illa domus.

Vnum forte quidpiam Romam Alexandria, vt populosiorem, ita multo periculosiorem reddebat tectorum altitudo, cui merito succenset Iuuenalis, incusans & horrens *crebra incendia, lapsus Tectorum assiduos, & mille pericula saeua Vrbis.* Sed hæc animi gratia dicta sint, propterea quod Lipsius oratorie potius quam historice Romam suam extollens, multa duplo, aut etiam triplo maiora facere videtur, quam par sit.

XXIII.

Mare aeneum.

Æneum Salomonis mare sic describitur 1.Reg. 7.23. *Altitudo eius erat cubitorum quinque, diameter cubitorum decem, περιφέρεια cubitorum triginta. Crassitudo palmaris. Amplitudo capiebat batos bis mille*, vel, *ter mille.* 2.Chron.4.5. Hæc ita intelligenda censemus: Cubiti isti sunt, non πήχεις mediani, nedum primarii, sed πυγόνες. Altitudo erat πυγόνων quinque, digitorum centum Hebraicorum. Hinc si demas palmarem crassitudinem, supererunt Hebraici digiti 96. Romani centum viginti, pedes Roman. $7\frac{1}{2}$. Hebraici sex. Ac proinde diameter pedum Hebraicorum duodecim, digitorum 193. Diameter, inquam, capacitatis, quem vocant, intra opus. Nam diameter maior etiam maris ęnei crassitudinem complectens erat πυγόνων decem, digitorum ducentorum, pedum duodecim cum semisse. Sed ab interiori diametro indaganda est vasis amplitudo. Diametri ad circumferentiam ea est ratio, quæ septem ad viginti duo. Si ergo diameter interior erat pedum Hebr. 12. Circumferentia interior erat pedum Hebraicorum $37\frac{5}{7}$ Huius circumferentiæ dimidia pars nempe $18\frac{6}{7}$ per semidiametrum, nempe 6. multiplicata dat superficiem maximi sphęrę circuli, nempe $113\frac{1}{7}$. Maximus sphęræ circulus quadruplicatus dat totius sphærę superficiem, nempe $452\frac{4}{7}$. Sphæræ superficies per sextantem diametri nempe 2. multiplicata dat conum æqualem quadranti totius sphæræ. Hic ergo conus erit pedum $905\frac{1}{7}$. Tota sphæra pedum $3620\frac{4}{7}$. Hemisphærium pedum $1810\frac{2}{7}$. Nam mare ęneum non erat integra, sed dimidia sphæra. Batus autem est pedis Hebr. dodrans. Itaq; si mare æneum capiebat pedes Heb. cubicos, 1810. proculdubio capiebat 2414. batos cubicos, κυλινδρικῶς vero circiter bis mille trecentos.

XXIV.

XXIV.

Λυτῆρες Salomonis.

Præter mare æneum erant vasa Hemisphærica decem, quæ λυτῆρες, id est, lauacra vocantur ab Interpretibus LXX. Ea paulo breuius describuntur, quam mare æneum, sed ita tamen, vt digito fontem indagandi veri commonstret Scriptura: *Vasa hæc*, inquit, *erant cubitorum quatuor*. Primum, vt in mari æneo ita & hic cubiti isti sunt πυγόνες digitorum viginti. Secundo, id non potest tribui diametro vasis, nedum semidiametro alioqui vas multo plures quam quadraginta batos contineret. Nam si diameter esset πυγόνων quatuor, pedum Hebr. quinque, vas contineret pedes cubicos Hebræorum 126. ac proinde batos 168. Rursus si circumferentiæ vasis tribuantur tantum cubiti quatuor, etiamsi fingantur maiores cubiti, siue primarii duos pedes æquantes, vix duodecim batos capiet vas. Superest ergo, vt dicamus, quatuor illos πυγόνας ἡμιπεριφερείᾳ esse tribuendos. At si tribuamus dimidiæ circumferentiæ præcise πυγόνας quatuor, pedes quinque, Circumferentiæ pedes decem, diameter habebit pedes $3\frac{2}{11}$. semidiameter $1\frac{13}{22}$. Maximus circulus $7\frac{21}{22}$. Sphæræ superficies $31\frac{9}{11}$. Conus æquans quadrantem sphæræ $7\frac{84}{363}$. ἡμισφαίρειον, id est, λυτήρ, ipse habebit pedes cubicos scilicet $14\frac{168}{363}$. qui dant batos tantum vndetriginta vel $28\frac{336}{363}$. Necesse est ergo, vt tribuamus diametro pedes Hebræorum $3\frac{1}{5}$. περιφερείᾳ $10\frac{2}{35}$ ἡμιπεριφερείᾳ $5\frac{1}{35}$. πυγόνας $4\frac{4}{175}$. pro quo Scriptura numero rotundato contenta dixit tantum pedes quinque, vel πυγόνας quatuor, ita ἡμιδιάμετρος habebit pedes $1\frac{3}{5}$. Maximus circulus $8\frac{8}{175}$. Sphæræ superficies $32\frac{32}{175}$. Conus æquans quadrantem sphæræ $17\frac{1}{35}$. ἡμισφαίρειον siue λυτήρ pedes Hebr. cubicos $34\frac{2}{35}$. qui dant batos $45\frac{1}{3}$.

Quod si lubet experiri in pedibus Roman. Diametro tribuimus pedes Hebr. $3\frac{1}{5}$. ii conficiunt pedes Romanos quatuor præcise, ita περιφέρεια habebit pedes $12\frac{4}{7}$ Semidiameter pedes duos, ἡμιπεριφέρεια pedes $6\frac{2}{7}$. Maximi circuli superficies pedes $12\frac{4}{7}$. Sphæræ totius superficies ped. $50\frac{2}{7}$. Conus 34. ἡμισφαίρειον pedes Rom. cubicos 68. qui dant batos $45\frac{1}{3}$: cubicos, κυλινδροειδεῖς vero circiter 44.

Nam batus est dodrans quadrantalis Hebraici siue cubici Hebræorum pedis. Quadrantal vero Romanum siue cubicus Romanorum pes

 bessem

bessem tantum bati capit. Pes Hebræorum planus siue linealis capit pedem Rom. $1\frac{1}{4}$. Pes Hebr. cubicus capit pedes cubicos Romanorum duos. Scriptura autem pro batis $45\frac{1}{3}$. vel 44. dixit tantum batos quadraginta, non modo propter numeri rotunditatem, sed etiam quia λυτῆρες nunquam ad suprema vsque labra implebantur. Id enim in grandioribus huiusmodi vasis est incommodum. Et quia diximus libri 3. initio pedem Atticum posse vtcunque maris ænei amplitudini aptari, ne id quidem hic omittere voluimus. Scriptura tribuit maris ænei altitudini cubitos 5. fingamus hos esse Atticos, tum cubiti illi non iam πυγόνες, sed πήχεις erunt. Ita maris ænei altitudo erit digitorum Atticorum 120. deme palmarem crassitudinem, hoc est, digitos 4. supersunt digiti 116. pedes Attici $7\frac{1}{4}$. semidiametro assignandi. Ita diameter habebit pedes Atticos $14\frac{1}{2}$. Circumferentia $45\frac{4}{7}$. ἡμιπεριφέρεια $22\frac{11}{14}$. quæ per semidiametrum nempe $7\frac{1}{4}$. multiplicata dat maximo sphæræ circulo $165\frac{11}{56}$ is quadruplicatus dat superficiei totius sphęræ $660\frac{11}{14}$ quæ per sextantem diametri, hoc est, per $\frac{29}{12}$. multiplicata dat cono $1596\frac{151}{168}$ Conus hic quadruplicatus dat totius sphæræ, duplicatus vero totius hæmisphærii, id est, maris ænei capacitatem, nempe 3194. pedes Atticos cubicos, qui capiunt batos κυλινδρικοὺς 2365. cubicos vero 2468. cum prior epilogismus dedisset batos cylindricos 2300. cubicos 2414. pro quibus numeris Scriptura rotundatos vsurpat, nempe bis mille, 1. Reg. 7. 23. vel ter mille. 2. Chron. 4. 5. Plurimum, inquies, differunt isti numeri tum inter se, tum ab iis, quos vero proximos esse statuimus. Omnino. Rectius tamen conuenit epilogismus Hebraici, quam Attici pedis. Mare æneum proprie capiebat batos cylindricos 2300. pro eo Scriptura dicit tantum batos mille, quia nunquam ad suprema vsque labra implebatur. Contra 2. Chron. 4. 5. Mare æneum dicitur capere batorum tria millia, quia bati 2300. aqua pleni tantundem pendent atque bati ter mille tritico pleni. Quin etiam bati bis mille melle pleni tantundem pendent, atq; bati ter mille oleo pleni.

XXV.

Templum Salomonis.

Hebręis vt duplex Siclus, mina, talentum, sic & duplex fuit pes, πυγὼν, πῆχυς, Ciuilis & sacer. Ciuilis vocatur etiam à Moyse virilis, quia ad hominum temporis illius staturam erat magis accommodatus. Deut. 3. Sacer vero dicitur primarius. πῆχυς primarius siue sacer capit duos πυγόνας ciuiles, siue cubitos Atticos, tres πήχεις primarii ciuiles siue minores πήχεις quinque. Huius distinctionis vsus potissimum spectatur in extructione

ructione templi. Tabernaculum Mosis erat distinctum in atrium, & locum sanctum. Locus sanctus in duas partes veli beneficio subdiuidebatur, nempe in τὸ ἅγιον & ἅγια ἁγίων, ita vt τὸ ἅγιον bessem, reliquum trientem obtinerent ἅγια ἁγίων. In vniuersum longitudo loci erat 30. cubitorum, latitudo decem. Exod.26. Hi sunt πήχεις ciuiles siue mediani.

Salomon eandem distributionem obseruauit, sed ita vt tum τὸ ἅγιον, tum ἅγια ἁγίων Mosaico ampliora essent. Nam Salomonis aditum interius siue ἅγια ἁγίων erat viginti cubitorum latitudinis, totidemque longitudinis. Ezech.41.4. Hi sunt πήχεις primarii. Itaque totus Moysis locus sanctus, tum, inquam, ἅγιον, tum ἅγια ἁγίων in interius Salomonis aditum intromitti poterat; ita vt etiam hinc inde spatium superesset ambulacri instar. Sequebatur τὸ ἅγιον Salomonis latum cubitos XX. longum X. πήχεις, inquam, primarios, medianos vero sexaginta intra opus. Itaq; Salomonis ἅγιον & ἅγια ἁγίων simul iuncta obtinebant sexaginta longitudinis πήχεις primarios, medianos centum. Ezech. XLI.2.1.Reg.6.3. Sequitur porticus longa viginti cubitos respondens latitudini τοῦ ἁγίου, lata vero cubitos decem. 1.Reg.6.3. Postea sequebatur τὸ ἱερὸν, & atria quadrata duo habentia vtrimque tum latitudinis, tum longitudinis centenos cubitos medianos. Ezechielis XLI. 13. Atrium vero Moysis erat centum cubitos longum, latum quinquaginta. Exodi XXVII. 9. Itaq; videtur Salomon atrium Moysis ἐν τῷ ἱερῷ vel in atriorum alterutro collocasse. Reliqua τῆς ἰχνογραφίας κατὰ σύνοψιν tantum persequemur.

XXVI.

Ιχνογραφία Templi Salomonis ab Occidente in Orientem.

Ezechielis Cap. vers.		CVBITI Primarii.	Ciuiles.
41. 12.	Muri spissitudo.		5
41. 4.	τὰ ἅγια τῶν ἁγίων	20 }	
41. 2.	τὸ ἅγιον	40 }	90
	Muri spissitudo		5
	Latitudo vestibuli primi	10.	15
	Spissitudo muri		5
41. 13.	τοῦ ἱεροῦ longitudo	60.	90
	Spissitudo muri		5
41. 15.	Atrii interioris longitudo		100

46.22.

46.	22.	Spiſſitudo muri.	5
40.	33.	Longitudo veſtibuli ſecundi.	40
		Spiſſitudo muri.	5
40.	19.	Longitudo atrii exterioris.	100
43.	8.	Spiſſitudo muri.	5
40.	15.	Longitudo veſtibuli tertii.	40
40.	12.	Spiſſitudo muri.	5
45.	2.	Colliguntur intra opus quingenti cubiti, extra opus.	510

XXVII.

Ιχνογραφία Templi Salomonici à Meridie ad Septentrionem.

E regione τοῦ ἱεροῦ.

Ezechielis Cap.	verſ.		Cubiti ciuiles.
40.	25.	Veſtibuli I. latitudo.	25
40.	27.	Atrii I. meridionalis lat.	100
40.	29.	Veſtibuli II. meridionalis lat.	25
		Atrii II. Meridionalis lat.	50
41.	14.	τοῦ ἱεροῦ latitudo.	100
40.	46.	Atrii I. Septentrionalis lat.	100
40.	35.	Veſtibuli I. Sept. lat.	25
40.	23.	Atrii II. Septentrionalis lat.	50
40.	21.	Veſtibuli II. Sept. lat.	25
45.	2.	Colliguntur cubiti	500

Colliguntur, inquam, cubiti quingenti intra opus, quibus addendæ ſunt vtriuſque muri exterioris ſpiſſitudines. Reliquorum vero murorum ſpiſſitudinis poſſunt intra τοῦ ἱεροῦ & atriorum latitudinem ſumi.

XXVIII.

Veſtibuli exterioris Orientalis delineatio ab Oriente ad Occidentem.

Extra murum.

Ezechielis XL.	Cubiti.
7. Primi poſtes porticus.	2

8. Vlam.

8.	Vlam.I.porticus exterior.	8
	Secundi postes porticus.	2
14.	Elim.I.ambulacra duo lata.	2.

Intra murum.

6.	Primi siue Orientales portæ postes insidentes muro.	6
11.	Spatium vacuum inter binos postes.	3
	Secundi siue Occidentales portæ postes.	6
12.	I.Spatium vacuum.	1
	1.τὸ.1. προκοιτών.	6
	2.Spatium vacuum.	5
	2.Procœton.	6
	3.Spatium vacuum.	5
	3.Procœton.	6
	4.Spatium vacuum.	1
	Spissitudo muri.	5
15.	Colliguntur cubiti quinquaginta.	50

Duo illa Elim siue ambulacra alterum quidem à Meridie, alterum à Septentrione erant sexagenos cubitos oblonga. Illa autem ambulacra præter duos illos cubitos latitudinis, qui illis tribuuntur, potuerunt habere insuper duos illos cubitos, quos postibus occidentalibus tribuimus, ita latitudo erit circiter cubitorum quaternorum, pedum senorum, vt in iis bini homines commode ambulare possent. Quæ vestibulo exteriori orientali intra opus tribuimus, poterant esse reliquis quoque vestibulis communia. Erant autem προκοιτώνων siue cubiculorum duo ordines. Cumque quadrati essent προκοιτῶνες illi senûm vndique cubitorum, habes in latitudinem bis senos προκοιτώνων cubitos, & tredecim intermedios, qui conficiunt cubitos in vniuersum viginti quinque.

XXIX.

Atria quadrata centenos vndique cubitos habentia.

Quinque Leshacoth, id est, cubicula quadrata senûm vndique cubitorum.	30
Quatuor spatia intermedia quinûm cub.	20
Porta decem cubitos lata.	10

Quatuor

Quatuor alia cubicula eiusdem amplitud.	24
Tria ſpatia intermedia.	15
Vltimum ſpatium vacuum.	1
Colliguntur cubiti centum.	100

Ab altera parte.

Quatuor cubicula quadrata ſenûm cub.	24
Tria ſpatia intermedia quinûm cub.	15
Quartum ſpatium vacuum.	1
Longitudo portæ ambitorum viginti.	20
Quatuor alia cubicula ſenûm cub.	24
Tria ſpatia intermedia quinûm cub.	15
Vltimum ſpatium vacuum.	1
Colliguntur cubiti centum.	100

XXX.

Atriorum quadrangulorum longitudo.

	Cubiti.
Muri ſpiſſitudo.	5
Sex cubicula quinûm cubitorum.	30
Quinque ſpatia intermedia binûm cub.	10
Longitudo portę.	10
Sex cubicula quadrata quinûm cub.	30
Quinque ſpatia intermedia binûm cub.	10
Spiſſitudo muri.	5
Colliguntur cubiti centum.	100.

Latitudo.

Muri ſpiſſitudo.	5
Quinque cubicula quadrata quinûm cub.	25
Portæ longitudo.	10
Tria ſpatia intermedia cubitûm fere binûm.	6
Spiſſitudo muri.	4
Colliguntur cubiti quinquaginta.	50.

XXXI.

Altaris descriptio ex Ezech.c.XLIII.

Ariel siue altare proprie dictum erat ænea lamina duodenos vndiq; cubitos habens,atque adeo duodecim cubitos supra terram extans.Huic tribus cubitis inferior subiacebat crepido cubitalis, at proinde quaternos & denos vndique cubitos habens, cui altera crepido cubitalis tribus itidem cubitis inferior subiacebat senos & denos vndique cubitos habens. Tertio sequebatur crepido cubitalis & ipsa tribus itidem cubitis secunda inferior, quæ sinus terrę dicebatur, duodeuicenos vndique cubitos habens, & tribus cubitis ipso solo altior. Postremo in ipso solo iacebat infima lamina ænea vicenos vndique cubitos habens duodecim cubitis ariele inferior. Gradationes autem illæ ideo institutæ sunt, ne scintillantia fragmenta ignis huc & illuc volitantia ad ligneum vsque solum peruenirent.

XXXII.

Canon sationis Romanorum.

De satione non ea dicturi sumus, quæ agricolas suam artem doceant, sed quæ faciant ad ea confirmanda, quæ de mensuris scripsimus. Id autem fiet per Canones quosdam, quorum obseruationem speramus nec iniucundam nec inutilem futuram. Primus canon hic esto: Romana triticeæ sementis vncia sufficit conserendis pedibus Roman. vt minimum duodeuiginti, ad summum triginta, at ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ in solo temperato viginti quatuor. Si vncia tritici sufficiat pedibus triginta, iugero Rom. sufficient quatuor sementis triticeæ modii Rom. Si vncia tritici duodeuiginti tantum pedes conserat, iugero Rom. conserendo opus erunt modii sex cum besse. Quod si præcise modios sex iugero Roman. tribuas, tum vncia tritici sufficiet pedibus viginti. Sed quod inter hæc extrema medium est, id quoque frequentissimum est, vt videlicet vncia tritici Rom. tribuatur pedibus Rom. viginti quatuor, ac proinde modii Rom. quinque iugero Rom. Atque ita cubicus pollex Rom. sementis triticeæ sufficiet conserendis pedibus Rom. decem. Nam quinque modii Rom. capiunt pollices Rom. cubicos 2880. Iugerum vero Rom. pedes Rom. 28800. Hæc aliquot auctorum testimoniis sunt probanda. Varro de re rustica lib.1.cap.44. *Seruntur fabæ modii quatuor in iugero, tritici quinque, hordei sex, farris decem. Sed nonnullis locis paulo amplius aut minus. Si enim locus crassus sit, plus; si macer, minus.* &c. Columella libr. 2.

c.9. *Iugerum agri pinguis plerumq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; &c.* Plin.libr.18.c.24. *Serere in iugero temperati soli iustum est tritici aut siliginis modios quinq;, farris aut seminis (quod frumenti genus appellamus) X. hordei VI. fabæ quintam partem amplius quam tritici.* Pro amplius legendum minus, vt ex laudato Varronis loco constat. Pergit Plinius: *Pingui solo plus seras, gracili minus. Est & alia distinctio in denso, aut cretoso, aut vliginoso solo tritici, aut siliginis modios sex, in soluta terra, & nuda, & sicca, & læta quatuor.* Ex his vides vtplurimum tribui iugero Rom. modios tritici quinque, vt minimum quatuor, ad summum sex: infra tamen notabimus esse loca quædam, in quibus iugerum Rom. exigit modios tritici sex cum besse vel semisse, sed id rarum est.

XXXIII.

Canon Atticus.

Non memini me quicquam legere, vnde peculiare quidpiam possim de satione Græcorum colligere. Sed si vncia tritici Rom. tribuitur ped. Rom. 24. tantundem sementis erit tribuendum pedibus $22\frac{74}{825}$. At quia fragmentum istud maxime molestum est, nihil nec Atticis, nec plerisque reliquorum populorum mensuris erit ad subductionis facilitatem expeditius, & vero propius, quam si vnciæ Rom. tribuas pedes Atticos $21\frac{1}{5}$. Ita singuli pollices Attici cubici sufficient conserendis decem pedibus quadratis Atticis, puta sextarius Atticus sufficiet conserendis pedibus Atticis 360. Chus pedibus 2160. &c. quemadmodum sextarius Rom. pedibus Rom. 360. Congius 2160. &c. horum epilogismorum alter ab altero quam minimum differt, & vterque commodissimus, & vero proximus, Atticus tamen commodior.

XXXIV.

Canon Gallicus.

Si Rom. tritici vncia tribuenda sit pedibus Rom. 24. tantundem seminis tribuendum erit pedibus Parisinis $19\frac{11}{25}$. Nos ad numeri rotundationem tribuemus vnciæ Rom. pedes Parisinos viginti, vel potius vndeuiginti præcise, qua ratione vnciæ Parisinæ conuenient pedes Parisini circiter viginti duo vel viginti tres. Et nos quidem scimus multis in Galliæ locis vnciam tritici Parisinam sufficere pedib. Parisinis 25. libram vero Parisinam pedibus Parisinis quadringentis. Sed id potius sumimus, quod conuenire videtur ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ in solo temperato.

XXXV.

XXXV.

Canon Toletanus.

Ioann. Mariana ait, Fanecam agrum dictum, quod faneca tritici conferatur, sed non explicat, de quanam faneca id sit intelligendum. De maxima certe id intelligi non potest. At potest tam de minima, quam de media intelligi. Si de minima, tum vncia tritici Rom. tribuetur pedibus Rom. 22. si de media, tum vncia Rom. tribuetur pedibus Rom. 27. viciſſim vncia tritici Toletana tribui poterit pedibus Toletanis 33. vel 42.

XXXVI.

Canon Heidelbergicus.

Circa Heidelbergam rarus est tritici vſus. Plerique agri ſiligine, vel zea conſeruntur. Illic minori Morgen Heidelbergico tribuitur ſemimalderus ſementis ſiligine. Capit autem pedes Heidelbergicos 32768. Sumamus 32800. Semimalderus ſiliginis pendet libras Heidelbergicas 82. Ita Heidelb. ſiliginis libra tribuitur quadringentis pedibus Heidelbergicis. Rurſus Morgen capit 25. pedum Pariſinorum millia. Semimalderus pendet vncias Pariſinas tritici mille quadringentas, ſingulæ vnciæ Pariſinæ tribuuntur tantum pedibus Pariſinis $17\frac{1}{7}$. Poſtremo Morgen Heidelbergicum capit fere triginta pedum Rom. millia. Semimalderus pendet vncias Rom. mille ſexcentas. Itaque ſingulæ vnciæ tritici Rom. conferent tantum pedes Rom. 18. vel 19. qua ratione iugerum Rom. exigeret ſex modios Rom. ſementis & ſemiſſem vel beſſem, vt ſupra in Canone Rom. monebamus. Itaque voraciſſima eſt illic terra, & plurimum ſementis exigit.

XXXVII.

Canon Hebraicus.

Quæ hactenus de ſatione diximus, etiamſi ſingula per ſe habeant ſuos quæque vſus, tamen in eum præcipue finem à nobis indagata & huc adducta ſunt, vt haberemus, vnde poſſimus ea confirmare, quæ diximus de longitudine pedis Hebræorum. Res eſt enim, meo quidem iudicio, magni momenti. Ideoque nihil omittere volui, quod ad veritatis confirmationem facere queat. Sed hic incommode accidit, quod ex his tribus canonibus Hebræorum, qui nobis occurrerunt, duo ſunt mendoſi. Dabimus tamen operam, vt modica correctione adhibita ſua illis reſtituatur ςυμφωνία. Si Romana tritici vncia tribuatur pedibus Roman. viginti quinque, eadem tribuetur præciſe pedibus Hebraicis 16.

Nam 25. pedes quadrati Rom. dant 16. pedes quadratos Hebr. Sed si vnciæ Romanæ tritici tribuantur tantum pedes Rom. 24. vt postulat primus Canon noster, id efficiet pedes Hebræorum $15\frac{9}{25}$. cubitos $6\frac{62}{75}$. Et quia fragmenta illa sunt aliquantulum molesta, si mauis ad numeri rotundationem capere pedes Hebræorum quadratos quindecim præcise, id efficiet cubitos Hebręorum quadratos sex cum besse, pedes Roman. $23\frac{7}{16}$. pedes Parisinos vndeuiginti fere, præcise $18\frac{63}{64}$. Atticos vero pedes $21\frac{3}{5}$ Quod si vnciæ Rom. tribuas præcise pedes Parisinos viginti, id efficiet pedes Hebr. $15\frac{70}{81}$. Atticos $22\frac{34}{45}$. Romanos $24\frac{56}{81}$. Quia ergo aliquid dandum est numerorum rotundationi, tu sic rationes inire poteris, vt vnciæ Rom. tribuas præcise pedes Rom. 24. Hebraicos $15\frac{9}{25}$. Parisinos $19\frac{11}{25}$ vel præcise pedes Hebraicos 15. Atticos $21\frac{3}{5}$. Romanos $23\frac{7}{16}$. Parisinos vndeuiginti, vel denique præcise Parisinos viginti, Hebraicos fere sexdecim, Romanos viginti quinque. Excutiamus iam Hebræorum Canones, qui apud Talmudistas leguntur, eos certe, quos mihi videre licuit.

Primus Hebræorum Canon legitur libro de angulo c. 8. p. 5. & c. 3. p 6. *Cabus sementis tribuitur cubitis decem & semis.* Hunc Canonem tu sic lege & intellige: Log sementis tribuitur agro habenti denos vndique cubitos Hebræorum, & aliquantulo plus. Hebræorum enim Vachetsi וחצי etiã si proprie semissem significet, aliquando in genere sumitur pro eo, quod Græci dicunt πολλοστημόριον, hoc est, pro quauis excurrente particula, quantulacunque ea sit. Iam si vnciæ Romanæ tribuas præcise pedes Hebræorum quindecim, cubitos sex cum besse, Log Hebręorum & Romanorum sextarius capiens vncias Romanas tritici quindecim conseret præcise pedes Hebræorum 225. cubitos centum, siue agrum habentem denos vndique cubitos præcise, qui conficiunt pedes Rom. $351\frac{9}{16}$. Parisinos $284\frac{49}{64}$. Cubitos vero Babylonios vnum & octoginta, pedes Babylonios $182\frac{1}{4}$. Atticos 324. Si vnciæ Romanæ tribuuntur præcise pedes Rom. 24. Hebraici $15\frac{9}{25}$. Parisini $19\frac{11}{25}$. Log sufficiet conserendis pedibus Rom. trecentis & sexaginta, Parisinis $291\frac{3}{5}$. Hebraicis $230\frac{2}{5}$. Cubitis vero Romanis centum sexaginta, Parisinis $129\frac{3}{5}$. Hebraicis $102\frac{2}{5}$ ac proinde agro habenti denos vndique cubitos, & tãtillo plus. Si vnciæ Rom. tribuuntur pedes Parisini viginti præcise, Log sufficiet conserendis pedibus Parisinis trecentis, Romanis $370\frac{10}{27}$. Hebraicis $237\frac{1}{27}$. Cubitis vero Parisinis $133\frac{1}{3}$. Hebraicis $105\frac{85}{243}$. hoc est, agro habẽti vndique denos cubitos, & quod excurrit, quod est sane perexiguum.

Secundus

Secundus Canon Hebræorum habetur lib. Chelaim c.2.p.3. *Satum ſementis*, inquiunt, *tribuitur quadraginta cubitis*. Hic mendum typographicum nullum eſt, ſed tantum ἀκυρολογία καὶ καταχρηστικὴ, qua Sati voce intelligitur non Hebraicus, ſed Romanus modius. Reuera igitur modius Ro. triticeæ ſementis commode tribui poteſt agro habenti quadragenos vndique cubitos in vniuerſum mille ſexcentos quadratos Hebræorum cubitos, Pedes Hebræorum tria millia ſexcentos, Romanos 5625. Pariſinos $4556\frac{1}{4}$. quod verum eſſe comperies, ſi vnciç Rom. tribuas præciſe pedes Hebræorum quindecim. Modius enim Romanus capit ſextarios Romanos ſiue logos ſexdecim, vncias Rom. tritici 240. Quod ſi vnciç Rom. tribuas præciſe pedes Rom. 24. tum modius Rom. ſufficiet conſerendis pedibus Rom. 5760. Pariſinis $4665\frac{4}{5}$ Hebraicis $3686\frac{2}{5}$. Cubitis vero Hebræorum $1638\frac{2}{5}$.

Si vero vnciæ Roman. tribuantur pedes Pariſini viginti præciſe, modius Rom. ſufficiet conſerendis pedibus Pariſinis 4800. Romanis 5926. Hebraicis $3792\frac{16}{27}$. Cubitis Hebræ. $1685\frac{145}{243}$.

Tertius Hebræorum Canon habetur libr. Nezikim capit. 3. p. 3. *Corus*, inquiunt, *ſementis tribuitur ſeptuaginta tribus cubitorum millibus*. In hoc Canone neque menda, neque catachreſis vlla eſt, ſed hoc tantum, quod pro more numerus rotundatus pro decurtato ponitur

Videamus quomodo id cum antecedentibus conueniat: Corus ſiue Chomer capit logos ſiue ſextarios Rom. 720. modios Rom. 45. ſata triginta, vncias tritici 10800. ſiue libras Romanas nongentas. Si vnciæ Rom. tribuantur tantum pedes Hebr. 15. cubiti $6\frac{2}{3}$. vel quod eodem recidit, ſi Log ſufficit tantum cubitis Hebr. centum, corus quoque ſufficiet tantum conſerendis cubitis Hebræorum 72000. pedibus Hebr. 162000. Romanis 253125. Pariſinis $205031\frac{1}{4}$. Si vnciç Romanç tribuantur præciſe pedes Rom. 24. Logo pedes Rom. 360. Corus ſufficiet conſerendis pedibus Rom. 259200. Pariſinis 209952. Hebraicis 165888. cubitis Hebraicis 73728.

Si vnciç Rom. tribuendi ſint præciſe pedes Pariſini viginti, corus ſufficiet conſerendis pedibus Pariſinis 216000. Romanis $266666\frac{2}{3}$. Hebraicis $170666\frac{2}{3}$. cubitis vero Pariſinis nonaginta ſex millibus Hebraicis $75851\frac{23}{27}$. Ex his duo colligere poſſumus. Primum, pedis Hebrçorum longitudinem recte à nobis aſſignatam, alioqui his canonibus Hebrçorum nulla conſtare poſſet veritas. Secundo, Hebræos in hoc vltimo ſcito ſecutos medium iſtum Canonem, quo vnciç tritici Rom. dicimus in ſolo

temperato tribuendos esse præcise pedes Romanos viginti quatuor. Ita enim Coro conueniunt Hebraici cubiti 73728. pro quo Hebræi numero rotundato contenti dixerunt tantum septuaginta tria cubitorum millia. At in duobus primis canonibus secuti sunt priorem methodum longe commodissimam, qua singulis vnciis Romanis tribuuntur pedes Hebraici quindecim, Attici $21\frac{3}{5}$. &c. Leuit. cap. vltim. Ager corum sementis hordeaceę capiens ęstimatur siclis sanctuarii quinquaginta. Verba hęc non carent difficultate. Corum sementis triticeæ diximus sufficere conserendis pedibus Rom. 259200. Corus igitur hordei tribuendus erit pedibus Rom. 216000. id efficit minora arepenna $5\frac{2}{5}$ qualia diximus continere quadraginta pedum Romanorum millia, Parisinorum 32400. Si arependa $5\frac{2}{5}$. æstimantur siclis quinquaginta, vnumquodque æstimandum erit siclis $9\frac{7}{27}$. hoc est, circiter libris Turoneis nouem cum quadrante, siue tribus aureis cum solidis quinque. Hæc æstimatio non potest esse vnius integri iubilei. Quis enim credat fertilissimos Iudææ agros tantæ vilitatis fuisse, vt vnius arependi siue iugeri Rom. cum quincunce vsusfructus in annos vndequinquaginta tribus tantum aureis æstimetur? Sed nec vni tantum anno conuenire potest hæc ęstimatio. Nam quo fœcundiores sunt agri, eo solet esse vilior annona, maxime in iis locis, quæ fluminibus non abundant, quorum beneficio in longinquas regiones possit commode transuehi triticum. Superest, vt Moysis æstimatio sit vnius hebdomadis. Fiebant enim in Iudæa agrorum venditiones nullæ, sed tantum locationes annuæ aut ἐμφυτευτικῶς per Iubilæos, aut per Hebdomadas. Atque adeo septimanarum potius quam annorum singulorum habebatur ratio. Cum enim singulę Hebdomades haberent vnum annum otiosum, omnino agrorum legitima æstimatio & locatio per hebdomadas fieri debebat, quemadmodum apud nos per triennia. Quot ergo supererant annorum hebdomades vsque ad Iubileum, toties quinquageni sicli erant persoluendi ei, qui frui volebat agro corum siue chomerum sementis hordeaceæ exigenti.

Cæterum, vt ea, quæ de Romanorum, Hebræorum &c. satione diximus, facilius intelligi possint, placuit in tyronum gratiam duo diagrammata subiicere, quibus è regione selectarum aliquot mensurarum apposuimus primo diagrammate pedes, secundo cubitos terræ quadratos, quibus in solo temperato conserendis sufficiunt illę mensuræ. Verbi gratia: Ex primo diagrammate colligis Kabum Hebræorum, vel capitham Persarum & Babyloniorum, cum sexaginta tritici Rom. vncias capiat,

piat,

piat, sufficere conferendis pedibus Babyloniis 729. Hebraicis nongentis &c. hoc est, agro habenti tricenos vndique pedes Hebr. vel nouem pedes Babylonios latitudinis, longitudinis vnum & octoginta. Ex secundo diagrammate colligis eundem Kabum tribuendum cubitis Hebręorum quadringentis, Babyloniis 324. hoc est, agro habenti vicenos vndique cubitos Hebr. vel quatuor Babylonios latitudinis, longitudinis 81.

PEDES

PEDES QVADRATI.

		Tritici. VnciaRom.	A	B	C	D	E	F
			Babylonii.	Hebr.	Parisini.	Attici.	Rom.	Toletan
	Log.	15	$182\frac{1}{4}$	225	285	324	$351\frac{9}{16}$	$506\frac{1}{4}$
	Kab.	60	729	900	1140	1296	$1406\frac{1}{4}$	2025
	Homer.	108	$1312\frac{1}{5}$	1620	2052	$2332\frac{4}{5}$	$2531\frac{1}{4}$	3645
	Hin.	180	2187	2700	3420	3888	$4218\frac{3}{4}$	6075
Modius	Rom.	240	2916	3600	4560	5184	5625	8100
Modius	Paris.	324	$3936\frac{3}{5}$	4860	6056	$6998\frac{2}{5}$	$7596\frac{3}{4}$	
Modius	At.Heb.	360	4374	5400	6840	7776	$8437\frac{1}{2}$	
	Epha.	1080	13122	16200	20520	23328	$25312\frac{1}{2}$	36450
	Faneca.	1530	$18589\frac{1}{2}$	22950	29070	33048	$35859\frac{1}{4}$	$51637\frac{1}{2}$
Medimnus	Att.	1600	10440	24000	30400	34560	7500	
Medimnus	Paris.	1944	$23631\frac{3}{5}$	30880	36336	$41990\frac{2}{5}$	$45578\frac{1}{2}$	
	Corus.	10800	131220	162000	205200	23280	25312	

CVBITI QVADRATI.

	Tritici vnciæ	Rom.	Hebr.	Babyl.	Att.	Tolet.
	Log.	15	100	81	144	225
	Kab.	60	400	324	576	900
	Homer.	108	720	$583\frac{1}{5}$	$1036\frac{4}{5}$	1620
	Hin.	180	1200	972	1728	2700
Modius	Roman⁹	240	1600	1296	2304	3600
Modius	Parif.	324	2160	$1749\frac{1}{5}$	$3110\frac{2}{5}$	4860
Modius	At. Heb.	360	2400	1944	3456	5400
	Epha.	1080	7200	5832	10368	16200
	Faneca.	1530	10200	8262	14688	22850
Medimnus	Atticus.	1600	$10666\frac{2}{3}$	8640	15360	24000
Medimnus	Parisin⁹.	1944	12960	$10495\frac{1}{5}$	$18662\frac{2}{5}$	30880
	Corus.	10800	72000	58320	103680	162000

XXXVIII.

Panificium.

Cum panis ex integra farina fiebat, nullis plane ſubductis furfuribus, is vocabatur autopyrus, vbi quid ſecernebatur, quod primo ſecernebatur, dicebatur ſimilago vel ſiligo. Iuuenalis:

Sed tener & niuens, molliq́; ſiligine factus
Seruatur domino.

Quod ſecundo excernebatur, dicebatur pollin, vnde fiebat panis ſecundarius. Si quid tertio ſubducebatur, ex parte paulo puriore fiebat panis cibarius. Ex vltimis vero furfuribus nullus panis fiebat, niſi in extrema egeſtate, & prodigioſa annonæ caritate. Celſus lib. 2. c. 17. hos panes ſic inter ſe comparat. *Ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila, cui nihil ademptum eſt, quod autopyrum Græci vocant, infirmior eſt è polline, infirmiſſimus cibarius panis.* Plinius libr. XVIII. c. X. *Similago è tritico fit laudatiſſima. Ex Africo iuſtum eſt è modiis redire ſemimodios & pollinis ſextarios quinque. Ita autem appellant in tritico quod florem in ſiligine. Hoc æraria officinæ, chartariæq́; vtuntur. Præterea ſecundarii quatuor, furfurumq́; tantundem.*

Hæc de modio Siculo intelligenda ſunt, qui capit ſextarios Romanos triginta duos. Ex Plinii diſtributione conſurgunt vndetriginta ſextarii. Reliquum piſtoris lucro cedit, vel etiam excidit. Semper enim molendo, cribrando, pinſendo &c. aliquid perit. Pergit Plinius. *Panes verò modio ſimilaginis CXXII. è floris modio CXVII.* lege CXII. pro CXVII. Modius Siculus tritici pendet libras Romanas XL. Modium ſimilaginis vocat Plin. XL. ſimilaginis libras. Similagini tertia portio ad panis pondus accedit. Itaque libris 40. vel vnciis 480. Adde trientem, id eſt, vncias 160. conſurgunt vnciæ 640. ex quibus fiunt panes quincunciales 128. Sed Plin. dixit tantum 122. quia reliquum piſtoris lucro cedit. Sequentia Plinii verba obſcuriſſima ſunt: *Eſt &, inquit, alia diſtinctio. Similago L. pollin XVII panis pondo reddere viſa, tritici XXX. cum triente & ſecundarii panis, quinas ſelibras, totidem cibarii & furfurum ſextarios ſex,* lege, *è tritici LXXX. cum triente, hoc eſt, ſecundarii panis tricenas quinas ſelibras, totidem cibarii & furfurum ſextarios ſex.* Iubet Plin. ſumi duos modios ſiculos tritici pendentes libras LXXX. hinc dimidia pars ſimilagini deſtinabitur, ac proinde libræ XL. ex altero ſemiſſe ſecernentur circiter 14. vel 15. libræ pollini ſiue pani ſecundario, totidemque pani cibario deſtinandæ, ex quibus fient circiter 35. ſelibræ ſecundarii panis, totidemque panis cibarii,

rii, propterea quod pollini circiter quinta portio ad panis pondus accedat. Superſunt circiter decem aut duodecim furfurum libræ, ex quibus colliguntur ſex ſextarii, quia fieri non poteſt, quin ex farina toties agitata plurimum decidat. Hodie tres tantum farinę exertiones fiunt: Vigenerus in Liuium ait, ſe huiusmodi experimentum feciſſe. Iuſſit ad piſtrinum ferri duodecim modios, ſiue Sextarium tritici Pariſinum cum amplo auctario, ita vt penderet libras Pariſinas ducentas quadraginta. Farina relata duodeuiginti modios implebat, ſed pendebat tantum libras ducentas & triginta ſeptem. Ita deciderant libræ tres. Hinc ſubducti ſunt ſimilaginis modii decem, & ſemis pendentes libras centum quadraginta ſeptem, quibus pinſendis opus fuerunt duodequadraginta libræ Pariſinæ aquæ.

Hinc confectas eſſe ait panum duodenarum vnciarum quindecim δωδεκάδας, hoc eſt, panes centum & octoginta, ac proinde vncias bis mille centum & ſexaginta, libras centum triginta quinque. Sed non dubium eſt, quin piſtor Vigenerum fœdo mendacio deluſerit, ac panes circiter viginti quatuor ſuffuratus ſit, aut etiam duodetriginta: debuerant enim hinc conſurgere panis librę centum & ſexaginta. Ex reſidua farina ſubducti ſunt tres pollinis modii pendentes libras duodequinquaginta, quibus pinſendis adhibitæ ſunt aquæ libræ, vna & quadraginta, vnde confecti ſunt panes ſecundarii pendentes libras quadraginta quinque, vel quinquaginta quatuor. Rem enim in incerto relinquit Vigenerus. Sed poſterius vero propius eſt, & hic vt in re minoris pretii minus fraudis adhibuiſſe potuit piſtor. Supererant furfurum modii quatuor & ſemis pendentes libras quadraginta, ita rurſus exciderunt librę duæ in farinæ ſcilicet agitatione.

Quod autem dixi, Vigenerum piſtoris furto deceptum, probari poteſt ex iis, quæ hac de re docet Budæus libr. V. *Compertum,* inquit, *habeo, ex iis, qui ex iuriſdictione hoc inquirere potuerunt, & ex cōmentariis decurionum poſſe ex medimno non modo octies duodenos, ſed etiam amplius ſenos, octenosq; reddere, quod ille panifex fateri magis grauabatur, quam inficiari pergebat.* Hæc Budæus.

Hac ratione Vigenerus ex duobus medimnis debuerat confeciſſe panum ſeptendecim δωδεκάδας, & eo amplius. Quod ſi ex medimno confici poſſunt panes duodenarum vnciarum quatuor & centum, ac proinde panes pendentes libras duodeoctoginta, vt Budæo affirmarunt decuriones, cum iuſti medimni pondus ſit librarum 117. certe ex ternis tritici libris confici poterunt binæ panis candidi libræ. Et certe ita

ſolent cum piſtoribus agere, quibus panis ſiliginei pretium taxandi ius eſt. Nam cum quartarius Sedanenſis cum iuſto auctario pendens libras quadraginta quinque vænit ſolidis viginti quinque aut triginta, tum iubentur piſtores ſuos panes ſelibrales vendere dimidio ſolido, vt quod ipſis farinæ ſupereſt poſt panes confectos, id lucro apponant velut operæ ſtipendium. Ita ergo rationes ſuas ineunt decuriones: vident ex quadraginta quinque tritici libris, triginta tantum panis candidi libras poſſe confici. Ac proinde ſi triginta ſolidis emptus ſit quartarius, æquum eſſe, vt ex ſuis panibus vt minimum triginta ſolidos comparent. Eandem prorſus rationem obſeruant Decuriones in Gallia. Nam Carolus IX. A.D. 1567. & Henricus III. A.D. 1577. edicto publico ſanxerunt, vt ſi Sextarius tritici Pariſinus vęneat ſolidis Turonicis viginti, tum panes candidi dodrantales æſtimentur denariolo Pariſino. Sextarius tritici Pariſinus raſus pendet vncias Pariſinas 3456. modius 288. Auctarium legitimum, vt Sedani, ita & Lutetiæ eſt τὸ ἡμιδωδεκάτης. Itaque modius Pariſinus cum hoc auctario pendet vncias Pariſinas trecentas, Sextarius tria millia ſexcentas. Ex quibus confici poterunt panis candidi vnciæ Pariſinæ 2400. ſiue panes dodrantales ducenti, qui ſi ſingulis denariolis Pariſinis væneant, colligentur in vniuerſum ducenti denarioli Pariſini, Turonici vero ducenti quinquaginta, ac proinde ſolidi Turonici viginti, quod erat pretium ipſius tritici. Sed in hoc piſtoribus æquior eſt lex Regia, quam Sedanenſis, quod Regia æſtimatio petitur ex minimo tritici auctario, Sedanenſis vero ex maximo. Nam Sextarius tritici Pariſinus raſus pendet quidem vncias 3456. libras 216. cum primo & legitimo auctario vncias 3600. libras 225. at cum ſecundo & integro auctario pendet circiter libras 232. vel 234. Sedanenſis autem quartarius raſus quadraginta duas, cum integro auctario ad ſummum quadraginta quinque libras pendet. Sed hoc, quod ipſis lex largitur, lucro non contenti piſtores Pariſienſes mille artibus fraudem legi faciunt, atque, vt id ipſis impune liceat, δωροφάγους decuriones auro corrumpunt. Enimuero

--Quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes. Cauta eſt & ab illis incipit vxor.

Nimirum *aurea nunc vere ſunt ſecula.* Sed vtinam hoc eſſet maximum malorum, quæ miſero regno confert δωροδοκία & auri ſacra fames, fatali omnium ignauia. Sed quamuis miſeræ plebi damnoſiſſima ſit triticariorum fœneratorum cauponatio, &, vt Auſonii verbis vtar, velox hæc inopes vſura trucidet, tamen hæc cum reliquis, quibus conflictatur Gallia, calamitatibus comparata videri poſſunt non min' leuia & ridicula, quam ſi cum Phariſæis mentham & cuminum decimes, atque interim omit-

omittas τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου κείμενα καὶ ἔλεος. Sed hæc ſunt extra oleas, vel eo maxime nomine, quod ſurdis canimus. Ad rem igitur redeo. Obiter ex hoc Regis edicto colligere potes, quænam fuerit olim annonę vilitas. Nam etiamſi ſub Carolo IX. & Henrico III. nunquam ad eam vilitatem proceſſerit annona, tamen res ipſa ſatis innuit hoc olim habitum fuiſſe legitimum & frequentiſſimum tritici pretium, quod hodie pro prodigio haberetur.

Ego autem vt indicarem, quid de Vigeneri experimento ſtatuere poſſim, iuſſi farinæ libras vnam & viginti Pariſinas, hoc eſt, Romanas triginta duas, quam accuratiſſime appendi, tum ex hac farina ſiligineᷣ quam tenuiſſimo incerniculo excerni, ac deinde incerniculo laxiore furfures craſſiores, tum ſingula rurſus appendi. Similago pendere comperta eſt libras decem, vncias duas, Pollen libras quinque & decem vncias, furfures craſſiores libras quatuor & quinque drachmas. Colliguntur vndeuigintæ libræ vnciæ duodecim quinque drachmæ. Ita interciderunt librę duæ, & amplius, quod nimium eſt, vt neceſſe fuerit quidpiam vel dolo ſubductum, vel per incuriam excidiſſe. Quidquid ſit ex polline confectus panis pendebat libras octo. Ita aqua admixta plus quã triente farinæ pondus auxit. Ex ſimilagine confecti panes pendere comperti ſunt libras fere duodecim. Ita aqua farinæ pondus quinta fere ſui parte auxit, vt ex quinque ſimilaginis libris fere ſex panis candidi libræ confici poſſint. At ſi tres tritici libræ duas panis candidi libras præſtare debeant, certe XXI. farinę debuerant quatuordecim panis candidi libras efficere. Sed hæc neque debent neque poſſunt ad viuum reſecari. Nam & triticum aliud alio plus aquæ ſorbet, & famulorum induſtria vel negligentia, non minus quam fides plurimum hic momenti habet. Et alia multa incidere poſſunt, quę vetent, quo minus certæ ea de re figi poſſint regulæ. Sed quia & in hiſtoriarum lectione & in vſu quotidiano nihil frequentius eſt tritico & pane, ideo Plinii, Budæi & Vigeneri exemplo neque piguit, neque puduit nos inquirere, quænam ſit ſaltem παχυμερῶς proportio inter triticum & panem ex eo confectum. Quantum igitur tum noſtræ tum aliorum experientię credere poſſumus, id videtur vt plurimum contingere, vt ſi tritici ſemiſſem furfuribus dones, tum inter triticum & panem ex reliquo ſimilaginis ſemiſſe confectum ea fere eritratio, quæ inter tria & duo, vel inter ſeptem & quatuor. Si tritici quadrantem tantum in furfures ſecernas, idem fere erit panis & tritici pondus. At ſi panes autopyros conficias, quarta fere tritici pars ad panis pondus accedet, hoc eſt, quatuor tritici libræ dabunt quinque panis autopyri libras, vel circiter.

XXXIX.

Aruorum fertilitas.

Christus Matthæi cap. XIII. verſ. 8. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. I. *Triginta*, inquit, *referuntur ad nuptias, ſexaginta ad viduas, centeſimus numerus virginitatis exprimit coronam.* Sed hæc ſunt ἀλληγορούμενα. τὸ ῥητὸν innuere videtur non modo ex vno grano triginta grana, ſed ex vno modio ſementis triginta modios, aut etiam ſexaginta, atque adeo centum poſſe colligi. Plinius lib. XVIII. c. X. *Tritico nihil eſt fertilius, hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime alat hominem, vtpote cum è modio, ſi ſit ſolum aptum, vt in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modii reddantur. Miſit ex eo loco Diuo Auguſto procurator eius ex vno grano (vix credibile dictu) quadringenta, paucis minus, germina, extantq́; de ea re exempla. Miſit & Neroni ſimiliter CCCLX. ſtipulas ex vno grano cum centeſimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt, aliiq́;, & tota Bætica, & imprimis Ægyptus.* Herodotus lib. I. de Babylonia loquens: τὸν Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶν ὥστε, ἐπὶ διηκόσια τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ, ποτὲ δὲ τριηκόσια. Hæc fertilitas ſane prodigioſa eſt, nec ſatis ſcio, an fidem mereatur. Notandum tamen obiter hæc de iis agris dici, circa quæ olim erat Hedenis hortus. Sed hæc ita demum vera eſſe crediderim, ſi quis non quidem vnicum granum, ſed exiguum aliquam menſuram tritici in ſelectiſſima agri parte ſerat, quam peculiari quadam & maxime ſollicita cura excoluerit, auerruncarit, ſtercorarit, & muro vndique communierit, vt neque à brutis, neque ab hominibus prætereuntibus vlla ſui particula violari poſſit. At ſi quæſtio ſit de iis agris, qui non auibus modo, ſed & viatoribus patent, quos vndiq; mille circumſtant pericula, paucos eſſe credo agros, quorum meſſis ſementem plus quam viceccuplo ſuperet, ſi modo colonus non vnius tantum iugeri, ſed totius anni meſſem cum ſemente comparet. Itaque etiamſi Plinius dicat: *Leontinos Siciliæ campos cum centeſimo fundere*, tamen Cicero in Verrinis cum & de tota Sicilia paſſim, & de Leontinis agris ſpeciatim differit, ſemper ita ſuas rationes inſtituit, vt decimas, quæ Romanis debebantur, cum ſemente comparet. Itaque quicunque ager modium ſementis poſcebat, ex eo decimarum redemptor modium meſſis non modo ſperabat, ſed & exigebat pro ſuo iure. At qui decimas vberiores extorquebat, is iam à Cicerone pro quadruplatore habetur. In Gallia ſcio rariſſimam eſſe hanc felicitatem, vt agricola viceccuplo plus metat, quam ſerat, ſi modo, vt dixi, totius anni prouentum æſtimet. Atque adeo non male ſecum agi cenſet colonus, cum tellus ipſi ſemen-

tem cum decuplo fœnore reddit. Quanquam meminimus Isaacum iuxta Gerarum siue hordeaceam siue triticeam sementem cum centupla vsura recuperasse. Sed hoc ipsum Scriptura non notasset, nisi haberet rationem miraculi.

MENSVRÆ ROMANÆ VETERES

VNCIÆ ROMANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Pollices Ro.
1.	Myſtr. paruũ.	$\frac{5}{8}$	$\frac{3}{4}$	$\frac{5}{6}$	$1\frac{1}{8}$	$1\frac{1}{2}$
3.	Olyſchium.	$1\frac{1}{14}$	$1\frac{2}{7}$	$1\frac{3}{7}$	$1\frac{13}{14}$	$2\frac{4}{7}$
4.	Cyathus.	$1\frac{1}{4}$	$1\frac{1}{2}$	$1\frac{2}{3}$	$2\frac{1}{4}$	3
6.	Acetabulum.	$1\frac{7}{8}$	$2\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{2}$	$3\frac{3}{8}$	$4\frac{1}{2}$
5.	Myſtrũ mag.	$2\frac{1}{2}$	3	$3\frac{1}{3}$	$4\frac{1}{2}$	6
10.	Quartarius.	$3\frac{3}{4}$	$4\frac{1}{2}$	5	$6\frac{3}{4}$	9
13.	Hemina.	$7\frac{1}{2}$	9	10	$13\frac{1}{2}$	18
15.	Libr.mẽſural.	10	12	$13\frac{1}{3}$	18	24
19.	Sextarius.	15	18	20	27	36
32.	Congius.	90	108	120	162	216
41.	Modius.	240	288	320	432	576
45.	Vrna.	360	432	480	648	864
50.	Amphora.	720	864	960	1296	1728
54.	Cad⁹, Hydria	1080	1296	1440	1944	2592
68.	Culeus.	14400	17280	19200	25920	34560

MENSVRÆ ATTICÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Aquæ.	Mellis.	Pollices Attici.
2.	Myſtr. paruum.	$\frac{25}{36}$	$\frac{5}{6}$	$1\frac{1}{15}$	$1\frac{1}{4}$	$1\frac{1}{2}$
5.	Cyathus.	$1\frac{7}{18}$	$1\frac{2}{3}$	$1\frac{7}{8}$	$2\frac{1}{2}$	3
7.	Oxybaphum.	$2\frac{1}{12}$	$2\frac{1}{2}$	$2\frac{13}{16}$	$3\frac{3}{4}$	$4\frac{1}{2}$
9.	Myſtrum mag.	$2\frac{7}{9}$	$3\frac{1}{3}$	$3\frac{3}{4}$	5	6
11	Quartarius.	$4\frac{1}{6}$	5	$5\frac{5}{8}$	$7\frac{1}{2}$	9
14	Cotyla.	$8\frac{1}{3}$	10	$11\frac{1}{4}$	15	18
20	Sextarius.	$16\frac{2}{3}$	20	$22\frac{1}{2}$	30	36
33	Chus.	100	120	135	180	216
36	Hemiectum.	$133\frac{1}{3}$	160	180	240	288
42	Hecteus.	$266\frac{2}{3}$	320	360	480	576
45	Modius. {	360 $362\frac{1}{2}$	432 435	486 $489\frac{3}{8}$	648 $652\frac{1}{2}$	$777\frac{3}{5}$ 780
51	Ceramium.	800	960	1080	1440	1728
54	Metretes. {	1080 $1083\frac{1}{3}$	1296 1300	1458 $1462\frac{1}{2}$	1944 1950	$2332\frac{4}{5}$ 2340
58	Medimnus.	1600	1920	2160	2880	3456

MENSVRÆ HEBRAICÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Pollices Attici.
8.	Ouum.	$2\frac{1}{2}$	3	$3\frac{1}{3}$	$4\frac{1}{2}$	$5\frac{5}{12}$
19.	Log.	15	18	20	27	$32\frac{1}{2}$
24.	Pondion.	30	36	40	54	65
30.	Kab.	60	72	80	108	130
34.	Homer.	108	$129\frac{3}{5}$	144	194	234
38.	Hin.	180	216	240	324	390
45.	Satum.	360	432	480	648	780
54	Bat, Epha.	1080	1296	1440	1944	2340
56.	Selah.	1440	1728	1920	2592	3120
65.	Letec.	5400	6480	7200	9720	11700
67.	Corus Min.	10800	12960	14400	19440	23400
68.	Corus Mai.	14400	17280	19200	25920	31200

MEN-

MENSVRÆ GEORGICÆ ET ÆGYPTIACÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

	Defin.	Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Pollices Ægypt.	Pollices Attici.
	Oxybaphum	$3\frac{1}{8}$	$3\frac{3}{4}$	$4\frac{1}{6}$	$5\frac{7}{8}$	$4\frac{1}{2}$	$6\frac{3}{4}$
16	Cotyla.	$12\frac{1}{2}$	15	$16\frac{2}{3}$	$22\frac{1}{2}$	18	27
20	Hinium.	$18\frac{3}{4}$	$22\frac{1}{2}$	25	$33\frac{3}{4}$	27	$40\frac{1}{2}$
25	Hyphe.	$37\frac{1}{2}$	45	50	$67\frac{1}{2}$	54	81
27	Mares.	50	60	$66\frac{2}{3}$	90	72	108
36	OEphin.	$133\frac{1}{3}$	160	$177\frac{7}{9}$	240	192	288
37	Ch⁹, Dadyx.	150	180	200	270	216	324
46	Mod.Collat.	375	450	500	675	540	810
49	Amphoreus.	600	720	800	1080	864	1296
54	Batus.	750	900	1000	1350	1080	1620
55	Artaba, Met.	1200	1440	1600	2160	1728	2592
58	Medimnus.	1700	2040	$2266\frac{2}{3}$	3060	2448	3672

MENSVRÆ SYRIACÆ ET THEBANÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Pollices Syriaci.
36	Congius.	135	162	180	243	216
38	Aporryma.	180	216	240	324	288
43	Cophinus.	270	324	360	486	432
45	Modius.	360	432	480	648	576
54	Quadrantal.	1080	1296	1440	1944	1728

MENSVRÆ BABYLONIÆ ET PERSICÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

						Pollices Babylonii.
30	Capitha.	60	72	80	108	54
41	Congius.	240	288	320	432	216
45	Modius.	360	432	480	648	324
53	Maris.	1000	1200	1333⅓	1800	900
59	Artaba.	1800	2160	2400	3240	1620
60	Quadrantal.	1920	2304	2560	3456	1728
74	Achana.	72000	86400	96000	129600	94800

CHOE-

CHŒNICES.

VNCIÆ ROMANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.
22	Opilionum.	$22\frac{1}{2}$	27	30	$40\frac{1}{2}$
		24	$28\frac{4}{5}$	32	$43\frac{1}{5}$
24	Villicorum.	30	36	40	54
25	Attica.	$33\frac{1}{3}$	40	$44\frac{4}{9}$	60
		36	$43\frac{1}{5}$	48	$64\frac{4}{5}$
26	Vinitorum.	45	54	60	81
		48	$57\frac{3}{5}$	64	$86\frac{2}{5}$
27	Georgica.	50	60	$66\frac{2}{3}$	90
30	Militaris.	60	72	80	108
34	Hebræorum.	108	$129\frac{3}{5}$	144	$194\frac{2}{5}$

MENSVRÆ ROMANÆ HODIERNÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Romani.	Pollices Babylonii.
19	Folieta.	15	18	20	27	36	27
30	Bocalis.	60	72	80	108	144	54
41	Cōgitell.	240	288	320	432	576	216
60	Barillus.	1920	2304	2560	3456	4608	1728
69	Botta.	15360	18432	20544	27646	36864	3824

VNCIÆ PARISINÆ.

						Pollices Parisini
19	Folieta.	$13\frac{1}{2}$	$15\frac{3}{4}$	$17\frac{1}{2}$	$22\frac{1}{2}$	$26\frac{1}{4}$
30	Bocalis.	$52\frac{1}{2}$	63	70	90	105
41	Congitellus.	210	252	280	360	420
60	Barillus.	1680	2016	2240	2880	3360
69	Botta.	13440	16128	17920	23040	26880

MEN-

MENSVRÆ PARISINÆ CVBICÆ.

LIBRÆ ROMANÆ.

		Tritici.	Olei.	Aquæ.	Mellis.
	Sextariolus	$1\frac{1}{8}$	$1\frac{1}{3}$	$1\frac{1}{2}$	2
	Litro.	$1\frac{11}{16}$	2	$2\frac{1}{4}$	3
	Pinta	$2\frac{1}{4}$	$2\frac{2}{3}$	3	4
Quadrans	Vinarius	$4\frac{1}{2}$	$5\frac{1}{3}$	6	8
Quadrans	Triticarius.	$6\frac{3}{4}$	8	9	12
	Congius	$10\frac{1}{8}$	$12\frac{1}{3}$	$13\frac{1}{2}$	18
Sext.	Vini	18	$21\frac{1}{3}$	24	32
	Modius	27	32	36	48
	Semimedim.	81	96	108	144
	Medimnus	162	192	216	288
Sext.	Tritici	324	384	432	576
Moius.	Vini	675	800	900	1200
Moius.	Tritici	3888	4608	5184	6912

MEN-

MENSVRÆ PARISINÆ CYLINDRICÆ.

VNCIÆ PARISINÆ.

		Tritici.	Olei.	Aquę.	Mellis.	Pollices Parisini.
	Sextariolus	$\frac{3}{4}$	$\frac{8}{9}$	1	$1\frac{1}{3}$	24
	Litro.	$1\frac{1}{8}$	$1\frac{1}{3}$	$1\frac{1}{2}$	2	36
	Pinta	$1\frac{1}{2}$	$1\frac{7}{9}$	2	$2\frac{2}{3}$	48
Quadrans	Vinarius	3	$3\frac{5}{9}$	4	$5\frac{1}{3}$	96
Quadrans	Triticarius.	$4\frac{1}{2}$	$5\frac{1}{3}$	6	8	144
	Congius	$6\frac{3}{4}$	8	9	12	216
Sext.	Vini	12	$14\frac{2}{9}$	16	$21\frac{1}{3}$	384
	Modius	18	$21\frac{1}{3}$	24	32	576
	Semimedim.	54	64	72	96	1728
	Medimnus	108	128	144	192	3456
Sext.	Tritici	216	256	288	384	6912
Moius.	Vini	450	$533\frac{1}{3}$	600	800	14400
Moius.	Tritici	2592	3072	3456	4608	82944

MEN-

MENSVRÆ PARISINÆ CVBICÆ

VNCIÆ ROMANÆ.

		Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Defin.
	Sextariolus	13½	16	18	24	18
	Litro.	20¼	24	27	36	21
	Pinta	27	32	36	48	23
Quadrans	Vini	54	64	72	96	29
Quadrans	Tritici	81	96	108	144	31
	Congius	121½	144	162	216	
Sext.	Vini	216	256	288	384	40
	Modius	324	384	432	576	44
	Semimedimnus	972	1152	1296	1728	52
	Medimnus	1944	2304	2592	3456	61
Sext.	Tritici	3888	4608	5184	6912	64
Moius.	Vini	8100	9600	10800	14400	66
Moius.	Tritici	46656	55296	129600	82944	73

MENSVRÆ PARISINÆ CYLINDRICÆ.

VNCIÆ PARISINÆ.

		Tritici.	Olei.	Aquç.	Mellis.	Pollices Parisini.
	Sextariolus	12	$14\frac{2}{9}$	16	$21\frac{1}{3}$	24
	Litro.	18	$21\frac{1}{3}$	24	32	36
	Pinta	24	$28\frac{4}{9}$	32	$42\frac{2}{3}$	48
Quadrans	Vinarius	48	$56\frac{8}{9}$	64	$85\frac{1}{3}$	96
Quadrans	Triticarius.	72	$85\frac{3}{9}$	96	128	144
	Congius	108	128	144	192	216
Sext.	Vini	192	$221\frac{7}{9}$	256	$341\frac{1}{3}$	384
	Modius	288	$351\frac{3}{9}$	384	512	576
	Semimedim.	864	1024	1152	1536	1728
	Medimnus	1728	2048	2304	3072	3456
Sext.	Tritici	3456	4096	4608	6144	6912
Moius.	Vini	7200	$8533\frac{1}{3}$	9600	12800	14400
Moius.	Tritici	41472	49152	55296	73728	82944

MEN-

MENSVRÆ HEIDELBERGICÆ.

VNCIÆ HEIDELBERGICÆ.

	Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Pollices Heidelbergici
Schopen	$11\frac{1}{4}$	$13\frac{1}{2}$	15	$20\frac{1}{4}$	36
Dreiling	15	18	20	27	48
Mas	45	54	60	81	144
Congius	$67\frac{1}{2}$	81	90	$121\frac{1}{2}$	216
Infel	90	108	120	162	288
Wiertel	180	216	240	324	576
Simmer	360	432	480	648	1152
Quadrantal	540	648	720	972	1728
Werntzel	720	864	960	1296	2304
Ohme.	2160	2592	2880	3888	6912
Malder	2880	3456	3840	5184	9216
Fuder	21600	25920	28800	38880	69120

MENSVRÆ HEIDELBERGICÆ

VNCIÆ RONANÆ.

Defin.		Tritici.	Olei.	Aquæ.	Mellis.	Pollices Attici
16.	Schopen	$12\frac{1}{2}$	15	$16\frac{7}{8}$	$22\frac{1}{2}$	27
20.	Dreiling	$16\frac{2}{3}$	20	$22\frac{1}{2}$	30	36
27.	Mas	50	60	$67\frac{1}{2}$	90	108
	Congius	75	90	$101\frac{1}{4}$	135	162
33.	Infel	100	120	135	180	216
39.	Wiertel	200	240	270	360	432
47.	Simmer	400	480	540	720	864
49.	Quadrantal.	600	720	810	1080	1296
51.	Werntzel	800	960	1080	1440	1728
62.	Ohme	2400	2880	3240	4320	5184
63.	Malder	3200	3840	4320	5760	6912
70.	Fuder	24000	28800	32400	43200	51840

MEN-

MENSVRÆ HEIDELBERGICÆ

VNCIÆ PARISINÆ.

	Tritici.	Olei.	Aquæ.	Mellis.	Pollices Parisini.
Schopen	$10\frac{15}{16}$	$13\frac{1}{8}$	$14\frac{49}{64}$	$19\frac{11}{16}$	$21\frac{7}{8}$
Dreiling	$14\frac{7}{12}$	$17\frac{1}{2}$	$19\frac{11}{16}$	$26\frac{1}{4}$	$29\frac{1}{6}$
Mas	$43\frac{3}{4}$.	$52\frac{1}{2}$	$59\frac{1}{16}$	$78\frac{3}{4}$	$87\frac{1}{2}$
Congius	$65\frac{5}{8}$	$78\frac{3}{4}$	$87\frac{9}{16}$	$118\frac{1}{8}$	$131\frac{1}{4}$
Infel	$87\frac{1}{2}$	105	$118\frac{1}{8}$	$157\frac{1}{2}$	175
Wiertel	175	210	$236\frac{1}{4}$	315	350
Simmer	350	420	$472\frac{1}{2}$	630	700
Quadrantal	525	570	$700\frac{1}{2}$	945	1050
Werntzel	700	840	945	1260	1400
Ohme.	2100	2520	2835	3780	4200
Malder	2800	3360	3780	5040	5600
Fuder	21000	25200	28350	37800	42000

MENSVRÆ TOLETANÆ.

VNCIÆ TOLETANÆ.

	Tritici.	Olei.	Vini.	Mellis.	Pollices Toletani.
Sextarius.	12	$14\frac{2}{5}$	16	$21\frac{3}{5}$	54
Azumber.	48	$57\frac{3}{5}$	64	$86\frac{2}{5}$	216
Celemin.	120	144	160	216	540
Arroba	384	$460\frac{4}{5}$	512	691	1728
Faneca.	1440	1728	1920	2592	6480
Moius	9600	11240	12800	16860	43

VNCIÆ ROMANÆ.

Def.						Pollices Romani.
17	Sextarius.	$12\frac{3}{4}$	$15\frac{3}{10}$	17	$22\frac{29}{40}$	$31\frac{1}{5}$
28.	Azumber.	51	$61\frac{1}{5}$	68	$91\frac{4}{5}$	125
35	Celemin.	$127\frac{1}{2}$	153	170	$229\frac{1}{2}$	312
47	Arroba.	408	$489\frac{3}{5}$	544	$694\frac{2}{5}$	1000
57	Faneca.	1530	1836	2040	2604	3744
71	Moius.	10200	12240	13600	18360	24960

MEN-

MENSVRÆ SEDANENSES CVBICÆ.

VNCIÆ ROMANÆ.

	Tritici.	Olei.	Aquæ.	Mellis.	Pollices Attici	Rom.
Cotyla, Palmus.	10	12	$13\frac{1}{2}$	18	$21\frac{3}{5}$	24
Sextariolus.	20	24	27	36	$43\frac{1}{5}$	48
Pinta.	40	48	54	72	$86\frac{2}{5}$	96
Congius, Potus.	80	96	108	144	$172\frac{4}{5}$	192

MENSVRÆ SEDANENSES CYLINDRICÆ.

VNCIÆ PARISINÆ.

					Pollices Sed.	Parif.
Cotyla, Palmus.	9	$10\frac{2}{3}$	12	16	27	18
Sextarius.	18	$21\frac{1}{3}$	24	32	54	36
Pinta.	36	$42\frac{2}{3}$	48	64	108	72
Congius, Potus.	72	$85\frac{1}{3}$	96	128	216	144

FINIS.